



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Liber Sextvs. De Italiâ secundum recentiores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

GAVLOS Insula terram habet scorpionibus contrariam, eâ enim scorpiones enecat. *Plinius lib. 5. cap. 7. Solinus cap. 32.*

In eâdem Insulâ Gaulo, neque serpens nascitur, neque si importetur viuit. Immo eius Insulæ puluis vbique gentium angues arcet, scorpiones illicò necat.

LIBER SEXTVS.

De Italia secundùm recentiores.

ITALIA orbis olim delicia vel terror, deficiente Romanorum virtute, facta est præda omnium barbarorum, & nominis sui gloriâ exciuit ex Septentrione atque Germaniâ Herulos, Gothos, Hunnos, Vandalos, qui ad nobilissimæ prouinciæ direptionem avaritiam, crudelitatem, sacrilegia detulerunt. Postremis quoque & patrum nostrorum ferè temporibus Francis, Germanis, Hispanis aperuit Martis Campum, in quo tot præliis tantâ obstinatione depugnarunt, vt mirum videri possit sanguine toties, & tam largiter profuso extinctam non esse illius inuadendæ, vel retinendæ cupiditatem. Ita gens quondam *totius orbis domina* omnium penè populorum accepit iugum, iisque seruiit quos ad seruitutem natos aliquando putauerat. Fallor! orbi potentiùs nunc imperat religione, quàm olim armis, additâque summo Pontifici Christique Vicario plus nunc plumbo valet, atque diplomatis quieta, quàm olim ferro atque exercitibus tumultuosa potuit; non iam imperij sedes & vanæ gloriæ, sed virtutis domicilium, atque sanctitatis.

CAPVT I.

De recentiore Italia in genere.§. 1. *Italiae nouæ nomina.*

RETINUIT apud Occidentales populos antiquum nomen *Italia*: Germani hanc *Welfchlandt* dicunt: Poloni *Wloska zemia*,
XXxx. ij

Boiohæmi hanc vocem detorserunt *Vlaskazema*: suspicantur quidam olim à Slavis dictam esse *Vloska*, quod ex vocibus Polonicâ, & Bohæmicâ colligunt; certè hodie à loquentibus Slavicè nuncupatur *Laska-deshela*: à Turcis & Græcis eius incolæ Latini dicuntur, à quibus Dalmatæ & Croatæ hanc regionem *Latinska Zemlya*, seu *Zemgla* vocare didicerunt.

§. 2. *Quantitas Italiae iuxta recentiores.*

PHILIPPVS Cluverius in Italiae descriptione sicut in aliis rebus accuratissimus, longitudinem Italiae dire&issimo cursu consideraram ait vix octingenta millia complere, per Neapolim inflexo cursu, haud minùs nongentis Pas. Mil. Latitudinem autem excurrentem per Saonam, Augustam Taurinorum, Comum, Veronam, Vicentiam, Opitergium, Aquileiam, Tergestem, Polam & Arsiam Fl. est 151. Mil. per summas Alpes 15000. Mil. Pas. *Ambitum* denique seu *circuitum* ter mille trecentorum milliarium.


Vbi & notat variè loqui in hac parte etiam Italos ipsos, ob diversitatem mensuræ, quæ vbiq; non est eadem.

Si verò Geographicè loqui voles, Italiae *maxima Longitudo* procurrat ab Augustâ Prætoriâ ad Pro. *Spariunto*, & continet 12. totos gradus maioris circuli, ac proinde 720. Mil. Pas. Leucas nostrates 360. Germanicas 180.

Latitudo autem maxima à Populonio Prom. ad Pontebam Venetam 4. graduum est cum 38. minutis, ideòque 278. Mil. Pas. Franc. leuc. 139. Germ. 69. cum dimidia. *Minima verò latitudo* ab ostio Vulturni ad Termolam in Capitanatâ vnius gradus cum decem minutis, hoc est 70. Mil. Franc. leucarum 35. Germ. 17. $\frac{1}{2}$.

§. 3. *Qualitas in genere recentis Italiae.*

CÆLVM Italicum vbiq; temperatissimum est, si excipias regiones aliquas Alpibus suppositas; quia neque in Boream, neque in Austrum nimium procurrat, sed eo in aspectu cæli, seu climate constituta est, vt summam exigat temperiem. Quòd si paulò calidior debeat esse ob Apenninum radios Solares reflectentem, vaporibus temperatur qui ex mari circumposito existunt. Egregiè quoque rigua est, quoniam Alpes & Apenninus ei aquas ex omni parte sufficiunt.



PECORIS quia hîc pascuorum magna vis non est, idèd improbum vellus, & caro insipida; adde quod animalia hîc peruicaciùs sub Sole durant, sic *Barclæus*.

FRUMENTI plurimum sufficiunt Tuscia, Campania Italia, Marchia Taruifana: daret & Campania Romana si labor indigenarum terræ fertilitati responderet. Io. Barclæus contendit vberitatem vix tribus annis in Italia perdurare, & penuriam passuras illas gentes nisi vigeret in his locis sobrietas.

OLEVM Genuense, Tuscum, Campanum, Bariense, Hydruntinum celebratur.

VINVM laudatur *Græcum* in Ænariâ Insulâ, seu Ischiâ, & Vesuuiio monte; *Candidum* ad montem Flasconem: *Neapolitanum*, *Salernitanum*, *Sanseuerinum*, *Genuense* sunt vbique in precio.

METALLA. *Aurum* sufficere possunt Campania, & Tuscia: *Ferrum* Agri Cadorinus, Bellunensis, Brixianus, Montisferrati, Illua Insula. *Alumen* ager Volaterranus in Tusciâ; *Sulphur* vtraque Campania: *Hydrargyrum* Foroiulienfis ager.

Denique *Marmor* exquisitum ad Carreram effoditur vulgò Genuense dictum, cui non decedit *Tiburtinus* lapis, vulgò *le Trauertin*, itèmq; *Isticus*. In Etruriâ effoditur *Iaspis*: in Calabriâ *Berilli*, *Achates*, & aliæ gemmæ. Leguntur ad oram Genuensem *Corallia*, in Alpibus *Cristallus* inuenitur.

§. 4. De moribus Italorum.

ITALI diem ciuilem auspiciantur à Sole cadente, ex quo horam primam numerant vsque ad 24. Itaque in Æquinoctio quando apud nos hora sexta increpat, apud eos pulsatur prima. Multa de his dicuntur quæ videntur esse potiùs conuicia, quàm obseruationes. Hæc accipe ex Io. Barclæo cap. 6. eius libri, qui inscribitur Icon animorum. *Is gentibus*, inquit, *animus omnium rerum capax, neque pingui impetu, & tantum ad nature imperium, sed eruditè, & cum artificio virtutes, aut vitia sequuntur. Prolixè benevolentia indulgent, & ubi verè amant omnia discrimina habent infra hanc humani fœderis sanctitatem. Alitè memoriam offense recondunt, & lesi interdum ad obsequia descendunt, vt inter amicitie iura tutiori iure grassentur. Ac quod noxiosissimum putes, nonnumquam animus tam facilis est ad vulnus, quàm pertinax ad cicatricem. Nutus omnes, oculos, verba in argumenta*

animi superfluâ subtilitate ducunt, & semper stant in speculâ, quid ceteri agant arbitraturi. Venena, damnatâque libidinem omiserim, quod non Italiæ propria vitia, sed in totum Orientem criminatio, maximè cum & negari faciliùs possint à consciis, & ab æmulis fingi. Ingens autem & publica crudelitatis opinio, quam illic feruntur odio inter se inimici exercere, prædonésque grassari. Cætera apud eundem si vacat perleges.

§. 5. *De Politia Italorum.*

BARBARIS Imperium Occidentale lacerantibus; Alanis & Vandalis, Africam; Visigothis, Hispaniam; Francis & Burgundionibus, Galliam; Hunnis, Illyricum deuantibus, Romani & Itali ad externa auxilia etiam barbarica respexerunt. Odoacer Rex Herulorum primus occurrit, non tam ad tutelam Italiæ quàm prædam. Is Rauennæ Momyllum Augustulum anno Christi 475. exautorauit, ac paulò post patrem eius Orestem Placentiæ occidit, sicque Italiæ Princeps, seu Rex constitutus est si non nomine, saltèm re. Tum Zeno Imperator Orientem regebat, & agrè ferebat Gothos Thraciæ partem occupasse, quæ vi retineri non potuerat. Is ergo persuasit Theodorico Gothorum Regi, qui Patricius & Consularis erat, ex dignitate eius esse Italiam vindicare. Exarsit ad illa monita Theodoricus, & Italiam cum suis Gothis ingressus triplici prælio Odoacrem vicit, ac tandem occidit, omnibusque Gothis conciliatis regnum Italiæ auspiciatus est; cui successere 8. deinde Reges origine Gothi, quorum vltimus & 9. Teias Totilæ successor à Narsete Enucho Duce fortissimo Iustiniani Imperatoris victus & occisus est. Gothi ex Italiâ eiectis, Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica Imperio Orientali contributæ sunt, quibus præesse iussus victor Narses, vtriusque militiæ Magister. Sed hic irritatus probris Sophiæ Augustæ Longobardos exciuit ex Pannoniâ vbi Hunnis permixti fixerant sedes suas. Hi Longobardi Duce Alboïno Italiam occuparunt, primusque Rex Longobardorum institutus Alboïnus, cui deinceps successere 22. eiusdem generis Reges ad Desiderium, qui 23. & vltimus fuit. Hi autem nouas leges ediderunt, ex quibus regnum Italiæ administrauerunt; Italiam in 6. Præfecturas, seu Satrapias distribuerunt, quarum duæ Marchiæ fuerunt *Anconitana*, & *Tarvisina*; Ducatus quatuor *Spoletinus*, *Taurinus*, *Foroiuliensis*, & *Beneuentanus*; Duces

sibi successores non deligebant, sed iis successor communi gentis Concilio dicebatur; Marchiones autem electi, vel à Rege, vel à Concilio poterant sibi successorem creare. Interim Imperatores Orientis aliquid sibi seruabant in Italiâ, cui Iustinus Iunior præfecit Longinum sub titulo Exarchatus, cuius sedes erat Rauenna, vbi sedere deinceps 14. Exarchæ Constantinopoli missi, qui tandem per Aistulphum penultimum Longobardorum Regem eiecti sunt captâ Rauennâ. Erant Longobardi summo Pontifici inimici, & iam eorum iniuriæ contra Stephanum Papam in Italiam Pipinum exciuerant. Desiderius aliunde Carolo Magno infensus Hadrianum Pontif. vexare cœpit, sed statim virorem sensit Carolum, à quo victus, obsessus, ac tandem captus est, extinctumque Longobardorum in Italiâ regnum. Concessit multas regiones sedi Romanæ, scilicet Exarchatum Rauennæ, Flaminiam & Picenum, ac deinceps Imperator Occidentis Romæ consecratus est. Ludouicus I. seu Pius, non tantum dona in sanctam sedem patris sui confirmauit, sed etiam auxit, ac Pontificibus Ro. vniuersam addixit Italiam, videlicet quæ à Rubicone inchoatur, vt postea pluribus exponemus. Pipinus eius filius ab eo Rex Italiæ constitutus est, qui Venetos appetiit bello: ei successit filius Bernardus, quo exauthorato creatus est Rex Ludouicus II. filius Lotharij Imp. qui Italiam contra Sarracenos fortiter tutatus est. Exinde turbæ hinc concitata; Vido Dux Spoletinus sese Augustum & Imperatorem gessit, itemque filius eius Lambertus; Berengarius etiam Dux Foroiuliensis anno 904. sub quo Sarraceni Calabriam & Apuliam, Hunni Venetam ditionem deuastarunt. Post Berengarium multi hoc regnum presarunt, inter ceteros Berengarius II. qui omnes ab Othone I. victi sunt. Hinc transit ad Imperatores Occidentis Italia, quæ multum eis negotij exhibuit sub Othonibus, Henricis, Fridericis. Sub iis demum libertas urbibus vendita, addicti precio Ducatus. Mathildis anno 1115. Pontificiam ditionem auxit. Quando autem regnum Neapolitanum, aliæque ditiones conflata sint, dicemus suo loco.

In præsentia obseruo tantum omnem in Italiâ statum aut Monarchicum, aut Aristocraticum esse: hoc Respublicas administrari, illo ceteras ditiones. Qui præsumt hinc, aut Duces, aut Principes, aut Marchiones, aut Comites sunt. In regno Neapolitano Principes præcedunt Duces, alibi Principes Ducibus inferiores iudi-

indicantur. Quare Duces filios suos Principes appellant; & Principes Mirandulæ, & Sabuloneti Ducis nomen ab Imperatoribus emerunt. Hos autem tibi sub vnum aspectum sistimus qui à nemine pendent nisi fortè ab Imperatore, & in suis titulis *Tales Dei gratiâ* inscribuntur, dicuntur *Serenissimi*, atque *Altitudinis* appellatione cohonestantur.

Italiae Principum Synopsis.

PRINCIPES EXTERI.	AVSTRIA-CVS	Comitatus Goritienfis: <i>Comté de Goritz.</i> Pars Foro-Julienfis } <i>Parties de Frioul & Istrie.</i> Pars Istriæ
	R EX	Dominium Pinarolij: <i>Seigneurie de Pignerol.</i> Principatus Monachij: <i>Principauté de Monaco.</i>
	FRAN-CIÆ	Tutela Casalij: <i>la Garde de Casal au Montferrat.</i> Status Populonium & Iluæ: <i>l'Etat de Piombino & d'Elbe.</i>
	HEL-VETII	4. Helueticæ Iurisdictiones: <i>les quatre Bailliages d'Italie.</i>
	GRISONES	Vallis-Tellina: <i>la Val-Telline.</i>
	EPISCOPVS	Partim in Germaniâ, partim in Italiâ: olim
	TRIDEN-TINVS	in Familiâ <i>des Mandruzzî</i> , nunc <i>des Lodrone.</i>

Ceteri creduntur indigenæ.

POTENTISSIMI.	PON-TIFEX	Status Pontificius, <i>Stato della Chiesa</i> , complectens vndecim Regiones.
	MAXIMVS	Comitatus Auenionensis, &c. Supremum ius in Siciliam, Neapolitanum regnum, & Sardiniam.
	R EX	Regnum vtriusque } Cis Pharum Siciliæ } Trans Pharum.
	P A-NIA-RVM.	Ducatus Mediolanensis: <i>Duché de Milan.</i> Status Præsidij in Tusciâ, <i>Porto Hercole</i> , &c.
	RVM.	Cætera aut perdidit, aut veniunt in controuersiam.
	<i>Parall. Geogr. Tom. 11.</i>	
	Y Y y y	

M I-	MAGNVS DVX ETRVRIÆ	DITIO Florentina: <i>Florence.</i> Ditio Pisana: <i>Pise.</i>	
NVS			<i>le Grand Duc, ex Medi-</i> cæorum Familiâ
PO-	SA-	Ducatus Pedemontanus: <i>Piedmont.</i> Comit. Nicænsis: <i>Nice.</i>	
TEN-			BAV-
TES	DVS	Comit. Bogliensis: <i>Boglio, ou Behil.</i> &c. de quibus suo loco.	
ITA-	DVX MAN- TVANVS	Ducatus Mantuæ: <i>Mantouie.</i> Ducatus Montisferrati: <i>Montferrat.</i> Aliquot ditiones in Galliâ.	
LIÆ			<i>Gonzagarum.</i>
PRIN-	DVX MVTI- NENSIS	Ducatus Mutinensis: <i>de Modene.</i> Ducatus REGIENSIS: <i>de Reggio.</i> Cum aliquot aliis ditionibus.	
C I-			<i>Atestinorum d'Est</i>
PES	DVX PAR- MENSIS	Ducatus Parmensis: <i>Parme.</i> Ducatus Placentinus: <i>Plaisance, &c.</i> Com. Castrensis: <i>de Castro.</i> Com. Roncilionensis: <i>de Ronciglione.</i>	
			<i>Farnesiorum.</i>
MINORES ITALIÆ	IN	EX FA- MILIA	Dux Guastallæ: <i>Guastalla.</i> Dux Sabulonetti: <i>Sabionette.</i> Comes Nouellaræ: <i>Nouellare.</i>
	LON-	MAN- TVANA	Princeps Bossolensis: <i>Bossolo.</i> Marchio Castilionæus Stiueræus: <i>Casti- glione de la Stinere.</i>
	GO-	<i>Gonza- garum</i>	Dominus Solfarini: <i>Solfarino.</i>
	BAR-	DVX MIRANDV- LANVS Picorum	Duc. Mirandulæ: <i>la Mirandole.</i> Comit. Concordiæ: <i>Concordia.</i>
	DIA.		
	IN	MARCHIO TORRELIÆ: ex Familiâ <i>Doriarum, Do-</i> <i>ria, & Comes Ouensis de Loian, item & Prin-</i> <i>ceps Melphitanus, & Comes Corefæ in regno</i> <i>Neapolitano.</i>	
	ORA	MARCHIO FINALII, olim <i>Carrerorum, postea Sa-</i> <i>baudi, nunc seruatur ab Hispano.</i>	
GE-			

PRINCIPES.	N VEN- SI.	PRINCEPS MONACHII: <i>Prince de Mourgues, ou Monaco, & Dux Valentix in Galliâ; Grimaldorum: olim Marchio Campanix in regno Neapolitano.</i>	
	IN E.	PRINCEPS MASSA <i>Ciborum des Cibo.</i>	
	TRV.	PRINC. Massæ: <i>Massa.</i> Comes Carreræ: <i>Carrera.</i> Dominus Aniani: <i>d' Agnano dans le Pisan.</i> Comes Florentiolarum: <i>Fiorenfillo in Umbriâ.</i> Dux Aiellensis: <i>d' Aiello in Regno Neapolitano.</i>	
	RIA.	MARCHIO MALÆSPINÆ: <i>des Maleppine, in limite Genuensi & Tusco, vbi vrbs Forum Nouum Fofdinouo, cum 30. burgis circiter.</i> DOMINVS POPVLONII: <i>Seigneur de Piombino, & Ilue Insula: Appianorum, Appiani.</i> COMES PETILIANI: <i>Petiglian, Vrsinorum.</i>	
	IN DI- TIONE	Marchio Montensis: <i>Del Monte, ex Familiâ Montensium.</i>	
	PONTI- FICIA.	MARCHIO Meldolarum, & Comes Sarsinæ in Romaniâ: <i>Aldobrandinorum: des Aldobrandins.</i>	
	RES- PV- BLI- CÆ	M A- GNÆ	VENE- TA GENVEN- SIS
ITA- LICÆ	PAR- VÆ	LVCENSIS in Tusciâ: <i>de Luques.</i> S. Marini in Ducatu Vrbinatæ: <i>S. Marino.</i>	

§. 6. De Transitu in Italiam.

DE his egimus accuratè lib. superiori vbi de Alpibus; hinc tantum proponemus pauca, & quibus recentior descriptio carere non debet. Incipimus à Varo fluuio, & ad Carinthiæ vsque limitem Alpes percurrimus.

Y Y y y ij

- A L- PRIMVS ad Varum Fl qui bifariam diuiditur, unus pergit ad mare, & Oram Genuensẽ legit, alter pergit ad montem vulgò *le Col de Tende*.
 PIVM SECVNDVS per montem Argentarium aperitur, vulgò *le Col de l'Argentiere*.
 TRĀ- Tres sequuntur alij minores, primus per valles *de Maire*, & *Veraçte*: alter per Turrim *Mirebouc* in valles Subalpinas *d'Angrone*, & *Luserne*: tertius denique per Vesulum montem *Monte Viso*, vbi hic perforatus est ad iactum arcus, & ducit in Vallem Padanam, & Marchionatum Salussiarum; sed hic iam obturatus est.
 SI-
 T V S TERTIVS per Montem Genebræ, *Geneure*, ex Brigantio *Briançon* in vallem *Pragelas*, Perusam *la Perouse*, ad Pinarolium *Pignerol*, iam Gallorum operibus pulcherrimus omnium atque facillimus, per quem & tormenta bellica, & currus subuehi queunt.
 E X
 GAL- QVARTVS per Cenisium, seu Cinereum Montem *le Mont Cenis*, per quem Segusionem *Suse* deuenitur.
 LIA. QVINTVS per Cremonis iugum, seu *S. Bernardi Minoris* ex Tarentasiâ ad Tegulam *la Tuille*, & inde in Vallem Augustanam, *Val d'Aoste*.
 E X
 VALE- PRIMVS ex Seduno *Sion* per vallem *d'Vren*, & Montem Arolam in vallem Penninam.
 SIIS. SECVNDVS ex Oëtoduro *Martinach*, per vallem *Kumben*.
 E X HEL- Ex Pago Vritano *d'Vri* admodum difficilis; ex Al-
 VETIIS. } torfio per Vallem Inferorum Belinzonâ deducit.
 E X
 GRI- PRIMVS per Curiam *Coire*, & Clauennam *Chiauen* ad
 SONI- lacum Comensem.
 BVS SECVNDVS per Tellinam Vallem: *la Val-Telline*.
Hinc quoque multa via deducunt in agrum Venetum; & 15. in tabulis agri Bergomensis appellantur.
 E X TI- PRIMVS per Oenipontem *Inspbruk*, montem *Bremmer*,
 R O- Clusam *Chiusa*, & Bolsanum *Bolzan*.
 LIO, SECVNDVS per Tridentum, & lacum Bennacum,
 & *de Garda*.
 BAVA- TERTIVS per Brixinonem *Brixen*, in Feltrinensem
 RIA. agrum, & Bellunensem.

EX
 CA-
 RIN-
 THIA

PRIMVS per Villachum *Vilach*, secundum Natisonem
 El. *Lifonzo*.
 SECUNDVS omnium amplissimus & capacissimus per
 syluam S. Gertrudis, munitus duabus munitionibus
 Gradiscia & Goritia, inter quas tamen 10. aut 12.
 millia passuum intercurrunt: per hunc irrupere Gothi
 olim, & sub Baiazetho Turcæ; quare Veneti hoc
 spatium munire vallo & fossâ conati erant, ac demum
 cautiùs huic parti Palmam urbem Europæ, vt putant,
 munitissimam obiecerunt.

§. 7. De Monte Apennino.

ALPES supra Nicæam Massiliensium montem emittunt, qui
 vniuersam Italiam in duas partes secat, rectâ exeurrens Anconam
 vsque, sed ex se varia emittens iuga sub variis nominibus, & ali-
 quando sub nomine Apennini, & tandem in vtrumque mare de-
 finit ad Promontoria *S. Marie di Leuca*, & *Punta Saëta*. Eius pars
 editissima dicitur à Nautis *Punta di Talo*: vias aliquas aperit, qua-
 rum celeberrima olim per Vespasianum aperta vt Flaminiam viam
 interruptam continuaret, de qua egimus in antiquâ Geogr. Eum
 quoque secat Aufidus fluuius *l'Offanto*, vt in Apuliâ diximus, &
 postea iterum expendemus.

§. 8. De præcipuis locis Italiæ.

NVM. I. Cinitates nobiles, & earum Epitheta.

ROMA *la Santa*: Rome *la Saincte*, sic dicta, quoniam Ecclesiæ Catholi-
 cæ prima sedes, que sancta & multorum Martyrum sanguine tincta fuit
 aliquando.

NEAPOLIS: *Napoli la Gentillè*; Naples *la Noble*. Scilicet in eâ ferè
 commoratur totius regni nobilitas.

FLORENTIA: *Fiorenza la Bella*; Florence *la Belle*. Eâ enim urbè nul-
 lacultior, nulla venustior.

GENVA: *Genoa la Soperba*; Gennes *la Superbe*, vel *la Magnifique*.
 ob superbissimâ Palatia, & edes marmoreas.

MEDIOLANVM: *Milano la Grandé*; Milan *la Grande*. Dicitur enim

YYyy iij

octo millia passuum ambire muris suis, & ducenta ac triginta hominum millia capere.

RAVENNA: *Rauenna l'Antica; Rauenne l'Ancienne. Quo nomine vocatur à Claudiano; & verò à Thessalis condita ante Troie Ἐλωον.*

VENETIÆ: *Venigia la Ricca; Venise la Riche. Vel ob Ararium Sancti Marci, vel quia hinc ditissimi Mercatores, & Orientis diuitiis ciuitas hæc locupletata est.*

PATAVIUM: *Padua la Dotta; Padoüe la Docte. Ob nobilem Academiam, & eruditorum ciuium multitudinem.*

BONONIA: *Bologna la Grassa; Boulogne la Grasse. Est enim in loco feracissimo totius Italie collocata.*

NVM. 2. *Italia oppida multis ciuitatibus anteferenda.*

CREMA in Longobardia: *Crema en Lombardie; ditionis Venetæ.*

PRATVM in Tuscia: *Prato en Toscane; Magni Ducis.*

FABRIANVM in Marchia Anconitana: *Fabriano dans la Marche d'Ancone; Summi Pontificis.*

BARVLVM in Apuliâ: *Barlette en la terre de Bari; in regno Neapolitano.*

NVM. 3. *Academiae Italice.*

IN STATV } Patauium: *Padua; Padoüe, ou Pade.*
VENETO } Venetiæ: *Venigia, Venise.*

IN PEDE- } Augusta Taurinorum: *Turino; Turin.*
MONTIO }

IN DVCATV }
MEDIOLA- } Ticinum, seu Papia: *Pauia; Pauie.*
NENSI }

IN ETRV- } Sena: *Sienna; Sienne en Toscane.*
RIA } Pisæ: *Pisa; Pise.*

IN } Bononia: *Bologna; Boulogne.*
STATV } Roma: *Rome.*

PON- } Ferraria: *Ferrara; Ferrare.*

TIFI- } Firmum: *Fermo en la Marche d'Ancone.*
CIO } Macerata: *Macerate en la mesme Marche.*

IN REGNO } Salernum: *Salerno; Salerne.*

NEAPOLITANO } NEAPOLIS: *Napoli; Naples.*

§. 9. Diuisio recens Italiae.

NUM. I. Diuisiones recentes Italiae quæ iam obsoleuerunt.

SACRI CODICIS ROMANI	BLONDI In XVIII.	LEANDRI In XIX.
In XII. Prouincias, Apud Volaterranum.	1. LIGVRIA.	1. LIGVRIA, quæ ora Genuësis.
1. MARCHIA TARVISANA, seu Venetia.	2. ETRVRIA.	2. ETRVRIA, quæ Tuscia.
2. ISTRIA cum Foroiulensi agro.	3. LATINA, seu Campania maritima.	3. VMBRIA, quæ Ducatus Spoletinus.
3. LANGBARDIA, seu Gallia Transpadana.	4. VMBRIA, quæ Ducatus Spoletinus.	4. LATIVM, quod Campania Romana.
4. LIGVRIA.	5. PICENVM, quod Marchia Anconitana.	5. CAMPANIA FELIX, quæ Terra Laboris.
5. ROMANDIOLA, Gallia Cisapennina; fortè Cispadana.	6. ROMANDIOLA, olim Flaminia.	6. LYCANIA, quæ Basilicata.
6. DVC. SPOLETINVS, qui Umbria.	7. ÆMILIA.	7. BRVTII, seu inferior Calabria.
7. APRVTIVM, quod Samnium.	8. GALLIA CISALPINA, quæ Langbardia.	8. MAGNA GRÆCIA, quæ Calabria superior.
8. CAMPANIA, siue Latium.	9. VENETIA.	9. SALENTINI, seu Terra Hydruntina.
9. TERRA LABORIS, quæ Leporria, seu Campania propria.	10. ITALIA TRANSPADANA, quæ Marchia Taruisana, vel Aquileiensis, vel Foroiulensis.	10. APVLIA PEVCETIA, quæ Terra Bariana.
10. CALABRIA, quæ & Lucania.	11. ISTRIA.	11. APVLIA DAVNIA, quæ Apulia Plana.
11. APVLIA.	12. SAMNIVM.	12. SAMNITES, nūc Aprutiū.
12. TERRA HYDRUNTINA, quæ Salentinorum sedes.	13. TERRA LABORIS, quæ Campania vetus.	13. PICENVM, quod Marchia Anconitana.
	14. LYCANIA.	14. FLAMINIA, quæ Romaniola.
	15. APVLIA.	15. ÆMILIA, quæ Langbardia Cispadana.
	16. SALENTINI, seu Terra Hydruntina.	16. GALLIA TRANSPADANA, quæ Langbardia Transpadana.
	17. CALABRIA.	17. VENETIA, quæ Marchia Taruisana.
	18. BRVTII.	18. FORVMIVLII, seu Patria.
		19. ISTRIA.

NUM. 2. *Recepta nunc Italiae Divisio Methodica.**Italia Septentrionalis, olim Gallia Cisalpina.*

RESPUBLICA VENETA.	V E- N E- T I A.	{	ISTRIA, Caput Istriæ: <i>Cabo d'Istria.</i>	
			FOROIVLIENSIS ager, Vdinum: <i>Vdena.</i>	
			ANTIQA MARCHIA } <i>Venetix: Venise.</i>	
			TARVISANA	
			POLESINVM RHODIGINVM, Rhodigium: <i>Rovigo.</i>	
DITIO LON- GO- BAR- DICA	D I- T I O L O N- G O- B A R- D I C A	{	PATAVINVM, <i>le Padoian.</i> Patavium: <i>Padoue.</i>	
			VERONENSE, <i>le Veronois.</i> Verona: <i>Verone.</i>	
			Ter- rito- ria	VICENTINVM, <i>le Vicentin.</i> Vicetia: <i>Vicenze.</i>
			BRIXIANVM, <i>le Bressan.</i> Brixia: <i>Bresse.</i>	
			CREMENSE: <i>le Cremasque.</i> Crema: <i>Creme.</i>	
			BERGOMENSE, <i>le Bergamasque.</i> Bergomum: <i>Bergamo.</i>	
DITIONES PRINCIPVM LONGOBAR-	D I T I O N E S P R I N C I P V M L O N G O B A R -	{	DVCATVS MEDIOLANENSIS, <i>le Milanois.</i> Mediolanum: <i>Milan.</i>	
			DITIO SABAVDICA } <i>le Piedmont.</i>	
			PEDEMONTIVM, <i>Piedmont.</i> Taurinum: <i>Turin.</i>	
			COM. NICÆÆ. NICÆA: <i>Nice.</i>	
			DITIO DOMVS MANTVANÆ } <i>le Mantouan.</i>	
			DVC. MANTVANVS.	
			DVC. MONTISFERRATI.	
			Ducatus Guastallæ: <i>Guastalle.</i>	
			Duc. Sabuloneti: <i>Sabionette.</i>	
			&c.	
DITIO MVTINENSIS } <i>le Modenois.</i>				
DVC. MVTINENSIS. Mutina: <i>Modene.</i>				
DVC RHEGIENSIS. Rhegium: <i>Reggio.</i>				
PRINC. CARPENSIS. <i>Carpi.</i>				
Regio FRINIANA, <i>la Frignane.</i> Sestula: <i>Sestolo.</i>				
Regio CARFINIANA, <i>la Carfagnane.</i> Castro Nuovo. &c.				
DITIO PARMENSIS } <i>le Parmois.</i>				
DVC. PARMENSIS. Parma: <i>Parme.</i>				
DVC PLACENTINVS. Placentia: <i>Plaisance.</i>				
Status PALAVICINI: <i>Burgo San-Donino.</i>				

DIÆ { le Parme- | PRINC. LANDENSIS. Landi.
 san. &c.
 DVCATVS MIRANDVLANVS. Mirandula: *Mirandola.*
 Et aliquot Principum ditiones his inserte.

ORA { RESPVBLICA { Ora Orientalis, Genua: *Genes.*
 GE- GENVENSIS { Ora Occidentalis, Sauona: *Sauone.*
 NVEN- PRIN- { Monachij: *Monaco*, seu *Mourgues.*
 SIS, CIPES { Oneliaz: *Oneglia.*
 la Coste de { Finarij: *Final.*
 Gennes. MARCHIO TORELIÆ: *Toreglia.*
 DITIO PONTREMVLENSIS: *Pontremoli.*

Italia Meridionalis, olim Vera Italia.


TVSCIA, { DITIO { IN CARFINIANA: *Petra Santa.*
 seu E- MAGNI { AGER FLORENTINVS: *le Florentin.*
 TRV- DVCIS { AGER PISANVS: *le Pisan.*
 RIA, { AGER SENENSIS: *le Siensis.*
 la Tosca- RESPVBLICA LVCENSIS. Luca: *Luques.*
 ne. INSERTÆ { PATRIMONIUM S. PETRI, vbi Ducatus de
 DITIO- { Castro, &c.
 NES { DOMINIUM PLVMBINENSE: *Piombino.*
 STATVS PRÆSIDII: *Porto Hercote, Orbicello,*
 &c.
 ILVA Inf. *Elbe, Gallorum, & Magni Ducis.*
 Et aliquot ditiones Principum.

DI- { CAMPANIA ROMANA. Roma: *Rome.*
 TIO { Patrimonium S. Petri in TVSCIA. Viterbium: *Viterbe.*
 SVM { AGER SABINVS *Sabio.* Maglianum: *Magliano.*
 MI { AGER ORIVETANVS. Oriuetum: *Oruieto.*
 COM. Ciuitatis CASTELLANÆ. *Ciuita Castellana.*
 PON- { VMBRIA, seu DVC. SPOLETINVS. Spoletum: *Spoletto.*
 TIFI- { DVCATVS VRBINAS. Vrbium: *Vrbino.*
 CIS, { MARCHIA ANCONITANA. Ancona: *Ancone.*
 ROMANDIOLA. Rauenna: *Rauenne.*
 AGER BONONIENSIS, *le Boulonois.* Bononia: *Bologne.*

Parall. Geogr. Tom. II.

ZZZ





Stato
della
Chiefa.

DVC. FERRARIENSIS, *le Ferrarois. Ferrara: Ferrave.*
Et aliquot inserta ditiones Principum, qui à Pontifice pen-
dent.

R E-	PRINCIPATVS	}	CAMPANIA Felix. <i>Terra di Lauoro. Neapolis: Naples.</i>
			CITERIOR. <i>Salernum: Salerne.</i>
GNVM	}	}	VLTERIOR. <i>Beneuentum: Beneuent.</i>
			Apulix
NEA-	}	}	CAPITANATA, <i>la Capitanate. Manfredonia.</i>
			TER. BARIENSE. <i>Barium: Bari.</i>
POLI-	}	}	TER. HYDRVNTINVM. <i>Hydruntum: Otran-</i>
			defecit
T A-	}	}	APRVTIUM
			CITERIVS. <i>Lancianum: Lanciano.</i>
NVM,	}	}	VLTERIVS. <i>Aquila.</i>
			COM. MOLISSINVS. <i>Boianum: Boiano.</i>
le Royau-	}	}	BASILICATA. <i>Acherontia: Cirenza.</i>
			CALABRIA
me de	}	}	CITERIOR. <i>Consentia: Cosenza.</i>
Naples.			VLTERIOR: <i>San-Seuerina.</i>
INSV-	}	}	BOREALES. <i>Diomedex: de Tremitti.</i>
			LÆ
LES	}	}	AVSTRA- <i>Ænaria: Ischia.</i>
			LES
SICI-	}	}	Caprex: <i>Capri, &c.</i>
			VALLIS DEMONA. <i>Messana: Messine.</i>
LIA,	}	}	VALLIS NOTO. <i>Syracusæ: Syracuse.</i>
			VALLIS MAZARA. <i>Panormus: Palerme.</i>
la Sicile.	}	}	Insulæ
			ad Si-
ciliam	}	}	Boreales, <i>Lipara: Lipari, &c.</i>
			Occidentales, <i>Leuents: Leuenzo, &c.</i>
SARDINIA	}	}	Australes, <i>Melita: Malte, &c.</i>
			PARS BOREALIS. <i>Cap di Lugodori. Algara: Algier.</i>
la Sardaigne.	}	}	PARS AVSTRALIS. <i>Cap di Caglier. Calaris: Caglier.</i>
COR-			
SICA,	}	}	CISMONTANA. <i>Banda di qua Monti. Bastia.</i>
			VLTRAMONTANA. <i>Banda di la Monti. San Bonifacio.</i>
la Corsé.	}	}	LATVS INTERIVS. <i>Banda di dentro. Ampugnana.</i>
			LATVS EXTERIVS. <i>Banda di fuora. Aiazzo.</i>

CAPVT II.

De Republica Veneta.


RERVMPUBLICARVM longè celeberrimam proponimus hoc capite, cuius sapientiam Ottomanicis furoribus & multitudini Deus Opt. Max. opposuit, ne Italiam Christianitatis arcem hostis Christiani nominis aggrederetur. Cui subditi populi diuites, quieti, sui iuris summâ felicitate perfruuntur. De cuius senatoribus veriùs pronunciare possumus, quod Pyrrho Cyneas de Romanis apud Plutarchum, ὡς ἢ σύκλητος αὐτῶ βασιλέων πολλῶν συνέδριον φωνεῖν, quòd *Senatus ipsi Regum confessus visus esset.* De hac pauca delibabimus ex eruditissimis scriptis quæ omnium penè manibus teruntur, editis à Gaspare Contareno Patricio Veneto, & Donato Iannotio Florentino.

§.1. *De statu Veneto in genere.*NUM. I. *Nomen & Origo Venetæ Reipublicæ.*

CERTVM est à Venetis accepisse nomen, de quibus egimus præcedente libro: quomodo autem hoc nomen vrbi celeberrimæ, & Reip. capiti accesserit paucis expediendum est.

Attilâ cum suis Hunis, vel Hungaris Aquileiam obsidente, & circumpositas deuastante regiones, Patauini, vt ait Blondus, & fortè aliquot alij populi vicini, thesauros Ecclesiarum & diuitias suas circa annum Christi 422. 7. Kal. April. detulere in eum locum vbi multæ Insulæ angustis alueis ab se inuicem disunctæ sensim ex limo per flumina deuecto accreuerant; erântque volucrum marinarum sedes, & aliquot piscatorum, quos huc copiosa piscatio alliciebat ex fluminibus placido meatu circa has Insulas decurrentibus. Earum Insularum vna Ripalta dicebatur, ad quam primi incolæ confedere, ac Patauini destructo Patauio per Attilam Aquileiæ domitorem cõfugere ad liberos suos, & vxores, quibus adiuncti sunt incolæ aliarum vrbiũ Aquileiæ, Opitergij, Cõcordiæ, &c: quas eodem furore Hunus euererat. Hic conuenarum aduentus cadit in an. Chr. 456. vnde factum, vt duplex vrbis

Z Zzz iij



Venetæ constituatur exordium, primum ad primam immigrationem, alterum ad excisam Aquileiam dirutumque Patavium. Creuit potissimum ex Gothorum & Longobardorum tyrannide, atque tumultibus, & tam multi huc confluxere Clefo Longobardo in Mediolanenses, Ticinenses, Veronenses & Vicentinos sæuiente, ut tum vrbs condita de nouo videri posset. Cæterum non vno in loco confedere illi exules; sed 22. circiter condidere oppida quibus singuli Tribuni præficiiebantur à quibus iura petebant: sed eum tantam Rectorum multitudinem publico bono nocere experientiâ diurnâ didicissent, elegere Ducem anno Christi 697. qui omnibus cum potestate præficeret, quem voce patria *Doge* dixeret. Hic primum Heracleam urbem incoluit, mox Metamaucum *Metamocco*, denique Ripaltam, seu Venetias. Dux ille primum ad libitum suum Remp. administrabat, sed cum *voluptuos* non imperaret, selectus est equitum Magister Ducis loco, qui magistratus non ultra quinquennium tenuit: at Duces ut antè selecti sunt; qui quia non sine tumultu & cædibus ad hunc magistratum euehebantur, tandem anno Christi 1292. ea est inducta forma quæ hactenus cum magno Reip. commodo seruata est: de qua postea in Politia.

NVM. 2. De incremento Reip. Venetæ.

VENETI iam mari terraque potentes ante annum 1060. aliquot in Istriâ & Dalmatia loca occuparunt, sed diriones illæ & Prouinciæ quæ Statum Venetum conficiunt eo pacto in Dominium Reip. transiere.

MARCHIA TARVISANA: *la Marche Taruisane*, tota cum primariâ suâ vrbe Taruisio venit in potestatem Venetorum an. 1388. & in fide perstitit etiam post cladem Ripaltinam. Hæc Regio primum Gothis cesserat, vnde expulsi sunt à Longobardis, qui hic Marchionis sedem posuerant; quibus deuietis Imperatoribus Occidentis cessit, & Regibus Italiæ, postea Axiolino tyranno, postea Ricardo Caminati, inde Carrariensibus, postmodum Scaligeris, à quibus ad Venetos deuoluta est anno supradicto.

DUCATUS FOROVLIIENSIS, vnâ cum MARCHIONATU ISTRIAE, *le Frioul, ou Friul, & l'Istrie*: Imperatoribus & Regibus Italiæ paruit. Otho III. Imperator dedit Patriarchæ Aquileiensi quid-

quid interiacebat inter fluuios Liuentiam, & Piauam: addidit postea Conradus Imp. vniuersum Ducatum Foroiuliensem, & Marchionatum Istriæ, quorum partes cum iam pridem Veneti decerpissent, & omnia sibi armis vindicarent, Ludouicus Paduanus cum iis transegit 1420. accepitque annuæ pensionis nomine tria millia Ducatorum aureorum, retentis tantum ditionibus Aquileiæ, S. Viti, & S. Danielis. Austriacus tamen in agro Foroiulienfi seruat Comitatum Goritiæ, & multa loca Istriæ.

PATAVINVS AGER: *le Padoian*, ab Imperio deuolutus est ad Actiolum tyrannum, ex eo ad Carrariensem vrbis Capitaneum, postea & Scaligeris Cani, & Mastino, iterum Carrariensibus quorum possessionem non nihil interrompere Duces Mediolanenses, tandem Francisco II. Carrariensi, qui Scaligeros interemerat, à Venetis capto, & supplicio affecto 1403. hic ager factus est Veneti iuris vsque ad annum 1509. cum post Ripaltinam cladem à Maximiliano occupatus est, sed paulò post à Venetis receptus est.

VERONENSIS AGER: *le Veronois*, post Actiolum tyrannum Scaligeris paruit: quorum maxima potentia fuit, nam obtinere Brixiam, Parmam, Lucam, & Opitergium: sed deieci sunt primò à Ducibus Mediolanensibus, & postea à Carrariensi Francisco II. qui cum fraude Scaligeros oppressisset, vt prædiximus, à Venetis captus Patanum & Veronam perdidit, & hic ager factus est Venetæ ditionis 1403. frustra renitente Duce Mediolanensi: occupatus quoque est à Maximiliano, sed is statim deiectus fuit.

VICENTINVS AGER: *le Vicentin*: Cessit Carrariensibus Patavinis, Scaligeris Veronensibus, Galeatiis Mediolanensibus, ac demum Venetis; non nihil per Maximilianum interruptâ possessione.

BRIXIANVS AGER: *le Bressan*, eieciis Longobardis Francos agnouit dominos, quorum & nomen seruat in regiunculâ quæ *Francia curta* adhuc vocatur. Cum laboraret Brixia factionibus Guelforum & Gibellinorum à Mastino Scaligero occupata est, quo pulso Galeatiis Mediolanensibus paruit, & deinceps variis dominis, donec an. 1426. pertaxa Philippi Mariæ Mediolanensis Ducis acerbiter sese dedit Venetis: post Ripaltinam cladem Ludouico XII. victori cessit, à quo data Maximiliano Imp. postea Carolo Hispaniæ Regi, ac demum Francisco I. Franciæ Regi à quo an. 1517. Venetis restituta est, cum agro suo.

BERGOMENSIS AGER: *le Bergamasque*, post communes illius

Re-

Regionis urbibus vices an. 1262, Philippo Turriano paruit, variòsque vrbs experta dominos etiam vendita est Pandulfo Malatesta 30. aur. mil. erepta est eidem à Philippo Maria Duce Med. 1419. à quo post nouem annos defecit ad Venetos, & post cladem Ripaltinam eisdem erepta, postea restituta est eisdem 1516.

CREMENSIS AGER: *le Crema*que, ditio fuit Ducis Mediolanensis ad annum 1405. quando urbem Cremam Benzonus tyrānus occupauit, cui erepta est à Philippo Maria Mediolanensi 1419. à quo defecit cum aliis urbibus ad Venetos an. 1428. post Ripaltinam cladem malè à Francis accepta, sed reddita Venetis egrogie excultra est.

POLESINVS RODIGIVS: *le Polesin de Ronigo*, pars Romandiolæ, & Ducatus Ferrariensis occupatus est à Venetis sub Hercule I. Duce Ferrariæ circa annum 1500. qui ex fœdere hunc eis agrum relinquere coactus est. Post Ripaltinam cladem sub Lud. XII. Alfonsus Dux hanc partem ditionis suæ recuperauit, sed paulò post Veneti hunc sibi tractum in perpetuum vindicarunt.

N V M. 3. *Quantitas Ditionis Venete.*

LONGITVDO eius maxima procedit ab Addua Fl. paulò postquam exiit ex Lario lacu, *le lac de Come*, circa Olginam in Ducatu Mediolanensi, ad Flumen urbem Croatiae & Fluumium, Istriæ limitem: quæ distantia admota maiori circulo dat circiter 240. millia pass. leucas Nostrates 120. Germanicas 60.

LATITVDO verò procurrit ab oppido *Policellâ* in Polesino Rodigino ad fontes Fl. Anaxi, seu *Piana*, quæ cum duorum sit graduum ferè, dat quoque longitudinis partem dimidiam 120. mil. passuum, 60. Francicas leucas, Germanicas 30.

N V M. 4. *Qualitas Venete Ditionis.*

DVCATVS: *le Dogado*, aëris est saluberrimi licet in paludibus, ob ventos Orientales qui ferè semper isthic regnant. Aquâ caret & vitur tantum importatâ, si vnicum puteum S. Nicolai Ripensis excipias, qui copiosissimas aquas sufficit, etiam totis classibus. Caret frumento, sed piscibus abundat, & eorum copiâ propè ad miraculum.

MARCHIA TARVISANA, pulcherrima regio frumenti, & vini feracissima, vnde & ligna ad naues; ex Belunensi agro & Feltrino ferrum ad arma, & naualia: tota egregiè rigua est.

FOROVLIIENSIS AGER: *le Frioul*, seu *le Friul*, admodum riguus est, frumenti parum fertilis: Moros plurimas alit ad sericum: vinum quoque generosissimum emittit, & omnis generis fructus exquisiti saporis.

ISTRIA cælum habet grauissimum maximè ad oram maritimam, quæ ideo parum culta, licèt multis aucta priuilegiis. Abundat oleo, & vino exquisitissimis: dat quoque ligna ad nauium fabricam: & quia læta hïc pascua carnes sufficere dicitur Venetiis. Hinc quoque salis plurimum Venetiàs deportatur.

POLESINVS RODIGINVS, *le Polesin de Ronigo*: ita dictus est quasi Peninsula: quia vallatur fluuiis Pado, Athesi, Tartaro, & Castagnone. Sabellicus tamen lib. 1. Decadis 4. rerum Venetarum, ait primò dictum *Polynesum* quasi magnam Insulam, & vocem corruptam esse per metathesin in *Polesinum*: omnino ferax, quare *Minor Apulia*, dicitur ob frumentum, & armenta quæ hinc exportantur, vel educuntur. Nobiles Veneti huius tractus agros plurimi faciunt, licèt Padi inundationes nouis subinde aggeribus opponendis magnos sumptus exigant, quos nonnisi ægrè nobiles illi faciunt.

PATAVINVS AGER: *le Padoüan*, quàm sit fertilis docet prouerbum, *Bologna la Grassa, ma Padoüa la pissa*: certè quoad frumentum Venetiàs alere perhibetur. Hinc quoque vini plurimum educitur ex montibus; canabis multum Resp. tollit ad rem nauticam; regio tam rigua est, vt nullus locus à fluuiis & incilibus plus 5. millibus absit. Laudantur quoque balnea Patavina ad multos morbos: vno verbo tam amœna, tam pulchra regio, vt magnam eius partem iam sibi Veneti nobiles compararint, vbi multa palatia, & villas magnificas extruxere.

VICENTINVS AGER, *le Vicentinois*, fructibus potissimùm abundat, & maximè pomis & piris, quare vulgò dicitur, *Hortus Venetus*. Mori hïc quoque plurimæ feliciter crescunt ad sericum. Ferrum quoque sufficit, & argenti nonnihil. Macellum quoque Venetum dicitur ob armenta & pecora, itémque feras, quæ hïc passim capiuntur.

VERONENSIS AGER: *le Veronois*, purissimi aëris est atque subtri-

lissimi. De eius balneis & medicatis aquis dicemus in Admirandis. Eius ager partim sterilis & asper, partim planus & fertilis. Flores & herbas montis Baldi medici faciunt plurimi. Æris quoque aliquid ex eodem monte effoditur. Vini plurimum reddit, frumenti minus, & tantum in aliquâ sui parte. Pascuis quoque lætissima hæc regio est, & pisces ei plurimos Benacus lacus suppeditat.

BRIXIANVS AGER: *le Bressan*, temperatissimi aëris est, egregiè riguus & fertilis, quibus accedit incolarum industria & labor: diceres singulos agros totidem hortos esse: nihil hîc incultum: ubique aut vites, aut frumenta, aut lina. Ferrum & æs reddunt eius valles: certè in valle Tropiâ quotidie ferro eruendo, coquendo, purgando 300. homines vacant. Hinc quoque eruuntur alabastrum, iaspis, marmor nigrum, vulgò *le Parangon* exquisitæ nigredinis, & lucidæ: quare speculi vices implet.

BERGOMENSIS AGER: *le Bergamasque*, partim sterilis, partim ferax: deficit hîc frumentum, quam penuriam vino suo redimunt indigenæ. Hinc quoque pecora plurima, & armenta Venetias, & Mediolanum deducuntur. Magni fiunt cotes Bergomates, & molares: eruuntur hinc quoque marmor & ferrum, & hîc feliciùs quàm in vllâ parte Italiæ proueniunt castaneæ.

CREMENSIS AGER: *le Cremasque*, fertilissimus est, & egregiè riguus; quare hinc lina exquisitissima deportantur. Frumento etiam abundat & vino, vitibus ad arbores enitentibus.

NVM. 5. *De Moribus Venetorum.*

AD res gerendas ex consilio nati videntur esse Veneti, ac penè infantes de Rep. differunt quasi omnem ætatem in Senatu contriissent. Ad nauigationes in primis idonei sunt, quare olim mercium Orientalium vni fuerunt arbitri, & iis ad magnam potentiam atque diuitias peruenerunt. Quisquis hîc excellit in arte aliqua diues erit, hîc pictores celeberrimi, & omnis generis experientissimi artifices. Vestium formam sæpe mutarunt tam viri quàm feminae. Hîc sericeæ vestes singulari si vsquam elaborantur artificio. Effunderentur in epularum luxum, nisi leges & censores obfisterent. Ducis mortui funus Senatores in purpureâ veste cohonestât, non in pullâ; quia Resp. innuit se habere plures defuncto pares,

AAaa ij

ac proinde indignum esse, vt publicè dolorem suum profiteatur. Academiae duæ rei equestris Vicentiæ, Academia literarum nobilissima Patauij. Vltionis appetentiores vulgò creduntur Veneti, hoc Itali omnes vitio familiari laborant, sed Vicentini cæteris præcellunt, qui locum dedere Prouerbio de *Assasinis Vicentinis*. Vanissimi audiunt Vicentini, Veronenses, Patauini. Vicentinorum plerique se Comites vocant, Veronenses Marchiones, Paduani Doctores: quare ab ipsis Venetis meritò irridentur. Veronenses nobiles non tantùm monomachiâ, sed etiam aliquando iustis propè præliis lites suas dirimunt. Brixiani artem muniendarum arcium, & cuniculorum egregiè callent, & milites optimi iudicantur à Venetis, stationisque tenacissimi: lingua Bergomatium agrestior, quare in comædiis plerumque adhibetur, & ab *Zanis* qui populorifum eierte volunt.

NVM. 6. De Politia Venetorum.

STATVS Reip. Venetæ videtur esse ex Monarchico, Aristocratico, & Democratico temperatus: Regis saltem simulachrum in Duce seruat, Aristocratia formam exhibent Optimates, Democratiam ex vniuerso ciuium conuentu plures aduocati ad Reip. administrationem.

Dux, vulgò *le Doge*, à Consilio magno selectus, ad totam vitam Regiæ Maiestatis cultum præfert; hic serico semper, & purpurâ vestitus, aureo interdum pallio, capite redimito mitrâ quæ in cornu assurgit, quod insigne eius quoque vxori conceditur. Seder quoque Regis instar in Throno, & famulos habet suos atque Aulicos quos *Donzellos*, hoc est Domicellos vocant. Dum procedit in publicum eum 8. vexilla præcedunt, sex item tubæ argenteæ vlnarum trium inflantur, eique fax & ensis præferuntur. Eius nomine & figurâ omnis moneta percutitur. Omnes eum stantes alloquuntur & aperto capite, omniâque negotia eius nomine expediuntur. Prouidet vt omnes Magistratus fungantur officio suo, sed ne insolescat, & regiam dignitatem affectet, habet sibi adiunctos consiliarios, & nihil solus efficere potest, in consilio nihil amplius potest quàm vnus ex consiliariis. In comitiis consanguineo suo, aut gentili suffragari non potest. Vno verbo omnis ei potestas adempta abutendi dignitate suâ.

SENATVS EX 120. Senatoribus constat, ex iis ordinarij 60. Adiuncti vulgò *della Gionta* totidem; his tamen pari iure adiunguntur Dux, eius Consiliarij sex, Præconsultores, Decemviri, & aliquot alij; sic vt 220. excedant. Hi omnes Reip. administrandæ curam habent; de pace bellòque decernunt, pecunias imperant, & tributa, Legatos ad exterar gentes eligunt, &c.

DECEMVIRI sunt numero 17. adiuncto Duce, & sex Consiliariis eius, ex quibus singulis mensibus tres sorte eliguntur vulgò *Capi de Dieci*, qui ius habent cogendi Decemvirale collegium. Vnà cum Duce omnia quæ spectant ad Remp. administrant: eorum 4. minimùm literarum publicarum autographo subscribere debent, res magni momenti ad Magnum Consilium deferunt; eligunturque magni Consilij suffragiis. Statuunt de factionibus, discordiis, adulteratâ monetâ, pæderastiâ, & atrocioribus criminibus cum summâ potestate.

SENIORVM CONSILIVM, seu PRÆCONSULTORVM constat ex 16. Senatoribus, & in tres ordines distribuitur. *Primus ordo* continet 6. Senatores, vulgò *Sauj Grandi*, hoc est Magni Sapientes qui aliis dignitate, & experienciâ præcellunt. *Secundus* ex 5. vulgò *Sauj di terra ferma*, hoc est Sapientes continentis, & hi maximè curam habent militum qui Reip. stipendiis aluntur. *Tertius ordo*, ex quinque iunioribus, sed cruditis, vulgò *Sauj de gl' Ordini*, qui de rebus maritimis ad Senatû referunt. Iis omnibus adiungitur Princeps, Consiliarij sex, Triumviri quadraginta virûm, & aliquot alij, sic vt conficiant 136. omnes Senatores, & Patricij, & tantùm semestrem magistratum gerunt.

CONSILIVM MAGNUM ex vniuerso Patriciorum conuentu constat qui annum 20. attigerunt, modò probent se susceptos ex legitimo matrimonio per duos testes omni exceptione maiores, & pater aut mater, vel iis vitâ functis proximus consanguineus iuret 20. annum expleuisse, ij omnes eliguntur sorte in festo S. Barbaræ 4. Decemb. quòd si fors eis non fauerit expectant ad annum ætatis 25. Olim numerati sunt 4500. nunc vix 1500. & in rebus alicuius ponderis minimùm 600. debent adesse. Hi omnes ferunt aut abrogant leges, Ducem eligunt, & omnes magistratus vrbanos, & exteros communibus suffragiis.

CANCELLARIVS eligitur ad totam vitam ex municipibus, non ex patriciis, sed suffragiis Magni Consilij. Maximo in honore est,

equeſtri dignitate donatur, & à quouis Patricio ei deceditur loco, præterquam à Procuratoribus D. Marci. Nullum Reip. ſecretum cum latet; magnos reditus accipit ab Ærario, & cum moritur oratione publicâ laudatur, quod Duci tantum inter Patricios conceditur; atque ita Ducem ex populo videtur referre. Ex iisdem municipibus eliguntur quoque ſcribæ, & à ſecretis omnium collegiorum atque conſiliorum, atque ita populus venit in partem adminiſtrationis; ſaltem in ditiffimis ordinis ſui, ſola face populi, quam *plebem* vocant, excluſâ. Inſinitum eſſet recensere Magiſtratus omnes, & Præfectos, quibus illa Reſpublica vitur: dico tantum diuidi in *Urbanos*, & *Exteros*. *Exteri* gubernant vrbes & oppida; & ſunt, vel *Præfecti*, vulgò *Poteſta*, aut *Gubernatores*, aut *Caſtellani*, aut *Proviſores*, vulgò *Proviſedor* aut *Proviſador*, aut Magiſtri *Camere Camerlingo*: aut certè exercitibus, & claſſibus præficiuntur. *Urbani* vel ius dicunt, vel pecunias publicas adminiſtrant, vel commoda Reip. curant, & inter eos eminent

PROCVRATORES S. MARCI, qui ſummâ & perpetuâ Senatorij ordinis dignitate perfruuntur, & ius ſuffragij cum legitimis Senatoribus habent in omnibus comitiis: eliguntur tantum ex iis qui omnibus magiſtratibus ſanctè perfuncti ſunt. Digniori ſemper loco ſedent, & ab omnibus etiam antiquioribus loco eis deceditur. In tres claſſes diuiſi ſunt, & ſingulis claſſibus tres præſunt. *Prime claſſis* Procuratores curant templum Auguſtiſſimum D. Marci: *Secunde claſſis* dicuntur *veteris Procuratorie Adminiſtratores*, & pupillorum omnium & pauperum citra Riuum magnum curam gerunt: *Tertie claſſis* vocantur *noſte Procuratorie Adminiſtratores*, & pupillorum negotia curant vltra Riuum magnum. Singulæ claſſes magnas eleemoſynas distribuunt in pauperes, in captiuos redimendos, & alia eiufcemodi pietatis opera, atque ita politicam adminiſtrationem, quam iuniores exercuere, Religionis operibus ſeniores & emeriti cumulant, conſilio & politicâ planè Chriſtianis.

Vniuerſus autem Status adminiſtratur per Magiſtratus Venetiis à Rep. emiſſos vt præmonuimus: Patauini tamen 5. Vicariatus habent quibus nobiles Patauinos totidem præficiunt: Vicentini vndecim, Veronenſes 21. quos totidem ex Urbanâ Nobilitate adminiſtrant: Bergomates quoque per ſuos nobiles vrbe ſuæ incolunitatem, & quietem curant cum Præfectis quos Veneti miſere. In agro Brixiano ad ripam Salônenſem 36. communi-

tates sibi consilium eligunt quo regantur; vt taceam de Ditionibus extra Italiam sitis, de quibus suo loco egimus.

NVM. 7. De Potentiâ Reipublicæ Venetæ.

VENETORVM potentia iam non leuis erat circa annum 836: quando 60. naues hæc Respublica contra Sarracenos immisit; sed longè potentior sub initium ferè vndecimi sæculi, quando 200. triremes in Turcam arnauit, & Smyrnæ cepit: item & cùm paulò post ad soluendam obsidionem Ioppensem, iterum 200. naues eduxit. Henricus Dandulus Dux Venetiarum cum Balduino, & Francis Constantinopolim cepit circa initium sæculi 13. & exinde Cretam Insulam, & plures alias in Ionio mari & Ægæo sibi Resp. asseruit. Appellat se Dominam Maris; quare & quotannis Dux cum Senatu conscendens Bucentaurum maximam nauim die Ascensionis Christi in mare iacit annulum, quasi sibi sponsam accipiat: quam potestatem aiunt Veneti se accepisse, ab Alexandro III. Pontifice quem Venetiis latitantem contra Friderici Ænobarbi futores defendere, eius filio Othone victo atque capto, quamquam aliqui historiam hanc in dubium reuocent. Cyprum Insulam nobilissimam an 1472. occuparant, sed 1572. perdidere.

Reditus huius Reip. dicitur in præsentia esse 6. Millionum auri, ex quibus pacis tempore duos Milliones seponunt, vnde sibi thesaurum ingentem confecerunt ad difficilia Reip. tempora. Priuati quoque mercatores ditissimi sunt, & ex Syriacâ tantum navigatione, & Alepi mercibus duos auri milliones conficere dicuntur. Ecclesia supra sesquimillionem auri annui reditus percipit.

Supra trecenta hominum millia ad bellum educi posse è terris suis Veneti narrant. Nunc belli tempore 35. millia sub signis habent, pacis verò tempore 9. tantum millia peditum alunt in arcibus atque præsidiis, ad tutelam littoris ferè duo equitum Dalmararum, & Epirotarum: vrbes munitissimas habent, quibus præcellunt Palma in agro Foroiuliensi, & Corcyra. Olim & 14. turmas equitum alebant nobilium duntaxat, & qui 3. equis militabant; primaria turma ex centum constata erat, cæteræ ex 50. sed militiæ hoc genus iam planè corruptum est.

Cùm res exigit intra dies 12. octoginta triremes instruunt, & facillimè. Certè Mare Superum semper tutum reddunt 40. nauibus

bus; si Ottomanus naualem instruat apparatus, hic numerus duplicatur. Nauale totius orbis pulcherrimum habent, in quo materies 200. triremium, aut nauium, in quo aluntur artifices ingeniosissimi & peritissimi, & omnia seruant ad expeditionem maritimam idonea. Virgente bello hinc educere possunt naues 200. certè anno 1570. instruxere triremes 150 maiores triremes, vulgò *Galées* vndecim, Liburnicam nauem vnam, aut Gaulum maiorem *vn Galion*, & onerarias naues 25.

§. 2. Descriptio Geographica Veneti Status.

NVM. 1. Synopsis Ditionis Venetæ.

V E- N E- T A D I- T I O	{	ISTRIA: <i>l'Istrie.</i>
		FOROVI LIENSIS AGER: <i>le Frioul, ou Friul.</i>
		ANTIQUA TERR. CADORINVM: <i>le Cadurin.</i>
		MAR- Episc. BELLVNENSIS: <i>le Bellunois.</i>
		CHIA Episc. FELTRENSIS: <i>le Feltrin.</i>
TARVI- SINA	{	Territ. TARVISINVM: <i>le Tarvisan.</i>
		DVCATVS VENETVS: <i>le Dogado, ou Duché.</i>
	{	POLESINVM RHODIGINVM: <i>le Polesin de Rouigo.</i>
V E N E T A D I T I O L O N G O- B A R D I- C A.	{	Territorium PADVANVM: <i>le Padoian.</i>
		Territ. VERONENSE: <i>le Veronois.</i>
		Territ. VICENTINVM: <i>le Vicentin.</i>
		Territ. BRIXIANVM: <i>le Bressan.</i>
		Territ. CREMENSE: <i>le Cremasque.</i>
	{	Territ. BERGOMENSE: <i>le Bergamasque.</i>

NVM. 2. De Istria, l'Istrie.

PETRVS Coppus in suâ Istriae Chorographiâ terminos eius assignat Timauum Fl. *Timauo* ab Occidente; à Septentrione montes, vulgò *Monti della Venna*, seu *Vena*, & inde lineam excurrentem ad urbem & fluium *Fiume*, vbi iam Italiae limes.

Y R- CAPVT ISTRIÆ: *Capo d'Istria*, seu *Cauo*, & *Cao*, Germanis *Gafers*, Slaus *Copra*, sic dicta quia in capite seu initio huius regionis sita, olim *Iustinopolis*, & *Ægis*:
in

- in Insulâ tota sita est, & continenti necitur ponte ver-
fatili: eius Castrum dicitur Leoninum.
- BES Muggilla: *Muglia* noua cognominata, ad discrimen ve-
teris quæ antea *Monticola* dicebatur, duobus à nouâ
millibus: capta est à Venetis ob piraticâ, & latrocinia.
- MA- INSVLA: *Isola*, conditum castrum eodem tempore quo
Iustinopolis in Peninsulâ, & priùs dicta Castrum Ha-
lieti, seu Aquilæ.
- RITI- Piranum: *Pirano*, oppidum luculentum conditum post
Attilæ depopulationes, ad finem Largonem *Largono*.
Vmacum: *Vmago*, in scopulo fixum marinis aquis ali-
quando circumfuso, cuius ager fecundus in primis &
MÆ distinctus syluis.
- Ciuitas noua, aliter Nouetium: *Citta noua*, excitata ex
ruinis Æmonia vrbis, quæ 4. hinc lapide dicitur ho-
die *Æmonia Rovinata*.
- IS- Parentium: *Parentino*, in Peninsulâ ferè aquis circumfu-
sâ, mœnibus ac turribus egregiè munita ciuitas. Por-
tum habet capacissimum, quem efficit Insula S. Ni-
colai, vbi olim pharus ignem præferens; vrbis direpta
TRIÆ à Genuensibus an. 1354. cùm iam Veneti iuris esset.
- Vrferium: *Orfèra*, in monte situm oppidum ditionis Pa-
rentinæ.
- DI- ROVINIVM: *Rouigno*, aliter *Auripina* ab antiqua vrbe
cuius rudera non procul in monte vulgò *Monti di Au-
ro*: Insula dicitur à Leandro, & ponte lapideo conti-
nenti iuncta, in eius agro cæditur marmor Istricum
TIO- nominatum. Duos habet portus, vnum à Septentrio-
ne vulgò dictum Vallem Boreæ, alterum ad Austrum
quem efficiunt Insulæ SS. Catharinæ, Andreæ, &
NIS Ioannis Pelasgici.
- POLA: *Pola* in edito monte: ab Attila diruta est, à quo
reparata sit ignoratur: portum habet pulcherrimum
quem claudit Insula Breonia *Brioni*.
- VE- Medolinum: *Medolino*, vbi portus magnarum nauium,
quem prætexunt Insulæ Merlettæ.
- NE- Castrum nouum: *Castro nouo di Arsa*, ad ostia Arsiæ flu-
uij.

- Fanum S. Ioannis : *San-Gioanni.*
 Albona, seu Algona : *Albona.*
 TÆ. Flanona : *Fianona*, in Peninsulâ cui portus adiacet *Porto di Fianona*; sita est in Albonensi ditione, & fontem luculentum habet, éstque egregiè munita.
- VRBES
 MARI-
 TIMÆ
 I S-
 TRIÆ
 DI-
 TIO-
 NIS
 AV-
 STRIA-
 CÆ.
 TERGESTE : *Trieste*, & haud procul in montibus *Trieste Vecchio* supra montem *Taber*, olim Monmolianum. Tempore Hentici Danduli occupata est à Venetis cum Mugillâ ob piratica latrocinia, sed postea Austriaco cessit vsque ad 1507. quando à Venetis iterum capta, at demum à Maximiliano recepta est.
 Fanum S. Ioannis Cherfini : *S. Zuan di Duino*, seu *Cherfino*, oppidum Dominorum *de laTour*, qui ab Austria-
 co pendent.
 Brosecum : *Profeco*, vbi vina celeberrima nascuntur.
 Cœnobium S. Ioannis : *San Gioanni*, conditum à Vol-
 darico Patriarchâ Aquileiensi ex lapidibus templi
 Diomedis.
- PR O-
 MON-
 TO-
 RIA
 I S-
 TRIÆ
 Camarzanum : *Punta di Camarzo.*
 Olmium : *Punta degli Olmi.*
 Gazelum : *Punta di Gasel.*
 Saluorium, seu Saluerium : *Punta di Saluori*, ad hoc vi-
 ctus dicitur Otho filius Friderici Ænobarbi dum bel-
 lum gerit in Venetos pro Alexandro III.
 Crucifixi : *Punta del Crucifisso.*
 Comparris : *Punta del Compare.*
 Promontorium : *Punta del Promontore.*
 S. Stephani : *Punta San-Stephano.*
 Nigrum : *Punta Negra.*
- FLV-
 VII
 I S-
 Risanus, olim Formio : *Rizano*, ad quem malè Leander
 Mugillam locat.
 Draconia : *Dracogna*, sic dictus quia instar Draconis cir-
 cumagitur, ad cuius ostium nobiles Salinæ.
 Quietus, olim Nauportus & Labatus : *Quieto.*
 Lemus : *Lemo*, veriùs Euripus quàm Fl. nam falsus est,
 vsque ad tabernam *Hosteria*: eius alueus videtur ad
 Castellum vsque Geminum excurrisse *duo Castelli.*

- TRIÆ** Ostium huius fluij extenditur ad mille passus.
ARSIA: *Arsa*, erumpens ex lacu Cosliaco, *Cosliac*.
- S I-** **TERGESTINVS**: *Golfo de Trieste*, inter portum Lizon-
 tium, & Promontorium Saluorium.
- NVS** **LARGON**: *Golfo Largone*, inter Piranum, & Pro. Saluo-
 rium, quare pars est Tergestini.
- I S-** **CARNARIVS**, olim Flanaticus, Polaticus Melæ: hodie
Golfo Carnario, & *di Carnero*, quasi dicamus *le Charnier*,
 ob frequentia quæ hîc contingunt naufragia: eius
TRIÆ initium ducitur à Promontorio, non à Promontorio
 Comparris.
- INSV-** **S. NICOLAI**: *San Nicolo*, efficiens portum Paren-
 tinum: quare hîc olim pharus ad dirigendas naues
 de nocte appellentes.
- LÆ** **Conueria**: *Conuersera*.
- AD** **Ficariola**: *Figaruola*.
- I S-** **D. Catharinæ**: *San Caterina*.
- TRIAM** **D. Andreæ**: *San Andrea*.
- I S-** **S. Ioannis Pelasgici**: *San Gio. in Pe-*
lasgo.
- TRIAM** **Sororiæ**: *due Sorelle*.
- TRIAM** **Breconia**: *Brioni*, Polaticum portum efficiens.
- TRIAM** **Merlettæ** plures: *di Merletta*, portum Medolini præ-
 textentes.
- VR-** **PIGVENTIVM**: *Piguento*, in monte vrbs sita, circa quam
BES ager amœnissimus.
- CON-** **PETRA PILOSA**: *Pietra Pilosa*, in rupe sita vrbs caput
TI- Marchionatus; ex quâ pendet locus *Sdregna* dictus,
NEN- quem putat Blondus esse patriam S. Hieronymi, &
TIS verò eius parentis tumulus hîc ostenditur. Errat: nam
Strigna est in limite Dalmatiæ, & Pannoniæ, & in
 hoc nulla vestigia antiquitatis.
- I S-** **Portulæ**: *Portolo*, vrbecula satis munita.
- TRIÆ** **Pedemontium**: *Piémont*, olim vrbs munita cum castro,
 sed vtriusque disiecta mœnia.
- TRIÆ** **Grifiniana**: *Grifignana*, satis exulta.
- TRIÆ** **Momiana**: *Momiano*, vrbecula in rupe.

Hæ tres efficiunt
portum Au-
stralem Roui-
ninum.

- VE-** Buia: *Buie*, vrbs populosa satis nec immunita.
 Fanum S. Laurentij: *San Lorenzo*, quæ vrbs se sponte Venetis submisit.
- NE-** MONTONA: *Montona*, in montis vertice satis ampla & frequens, olim sui iuris, & tantum 35. marcas auri Patriarchæ Aquileiensi pensitans.
- TÆ**
- DI-** Visina: *Visina*, loco salubri sita Grimanorum ditio.
 Castrum geminum: *Dui Castelli*, benè munitum oppidum.
- TIO-** Fanum S. Vincentij: *San Vincenzo*, seu *Vicenti*, vbi syluæ vastissimæ perutiles ad nauium fabricam.
- NIS.** Vallis: *Valle*, saluberrimi aëris vrbecula.
 Drignanum: *Drignan*, numeratur inter vrbes, licèt sine mœnibus, sat cultum oppidum, diues, & frequens.
- VRBES** PEDENA: *Pedena*, ciuitas Episcopalis.
- ISTRIÆ** PISINVM duplex Vetus & Nouum *Pisino Vecchio & Nuouo*, vtrumque per amœnâ planitiæ circumfusum, ex cuius agro multum sibi pecuniæ Austriacus colligit.
- CONTI-**
- NENTIS** Lupolianum: *Lupo glano*, oppidum amœnum.
- AV-** Cosliacum: *Cosliac*, olim ad lacum cognominem, qui Arsam flouium effundit, ab eius ripa iam nonnihil distitum est.
- STRIA-**
- CÆ** Cominum: *Comen*, aut *Comin*.
- DITIO-** Dorum: *Dorumberg*, aliter *Dorneberg*, ad Fl. *Vipao*.
- NIS.** Vipæum: *Vipao*, ad Fl. cognominem.
 Fanum S. Angeli: *S. Angelo*, aliter *S. Archangelo*.
- MON-** MONTES VENÆ: *Monti della Vena*, aliter *di Karso*, Istriam à Carniolâ dirimentes, & syluis confiti.
- TES** CALDERVS: *Monte Karso*, incubans sinui Tergestino.
- IS-** MONS MAIOR: *Monte Maggiore*, in sinum Carnerium, seu Flanaticum excurrens, & editissimus.
- TRIÆ**
- NVM. 2.** *Ager Foroiulienfis*: patria del Friuli.
- VR-** VTINA: *Vdine*, nunc sedes Patriarchæ Aquileiensis, ab Attilâ reparata dicitur dum has regiones depopulatur: quidam malè ab Vdinis Scythiæ populis dictam volunt: peiùs etiam ab Austriacis conditam nonnulli

B E S

arbitrantur, cùm eius mentio fiat in Gothicis & Longobardicis historiis, immo apud Plinium. Quas autem sit experta vices, vide apud Leandrum. A Venetis occupata est an. 1420.

CON-

PALMA, seu Palma Iustina, & Palma Noua: *Palma*, seu *Palma Nuova*, condi cœpta à Venetis 1593. in Italiæ tutelam, totius orbis absolutissima iudicatur, nouem Regiis instructa propugnaculis, & arce quæ totam urbem facillè tuetur; ad eam incile Veneti deduxere, vt huc omnia mari subueherent: hîc tormenta disposita 80. seposita 600.

T I-

CIVITAS FORI IULII: *Ciuita di Friuli*, olim Forum Iulium, euersum primò à Theodorico, deinde à Cagano Pannone: postea reparata dicta est Ciuitas Austriæ, quâ de re vide Candidum.

NEN-

Clusa: *Chiusa*, nos *la Cluse*, in itinere perangusto sita, præsidio Veneto instructa, & munita.

T I S

Ponteba, aliter Pons ad Fellam: *Ponteba*, vel *Pontafella* ferè ad confluentias Pontebæ, & Fellæ fluuiorum, vrbes duæ tantùm fluuio Pontebâ discretæ, Borealis Austriaci iuris, Australis Veneti.

AGRI

Ventionis Vicus: *Venzone*, ad confl. Vensonezæ, & Tiliauempti Maioris, burgus vbi merces excutiuntur: hîc quondam limes Venetorum, & Austriacorum fixus erat.

F O-

Glemona: *Gemona*, sat antiqua vrbs.

Ofopium, & Ofopum: *Osopo*, locus permunitus in rupe arte & naturâ inter Ledram fluuiolum, & *Taiarëto*.

Spilimberga: *Spilimberg*, oppidum perlautum, & frequens, & munitum.

R O-

Castrum Nouum: *Castro Nuovo*, inter montes situm.

Sauornianum: *Sauorgno*.

Soffimberga: *Soffimberg*, oppidum euersum in montibus.

Fanum S. Danielis: *S. Daniel*. } Has vrbes retinuit Pa-

Fanum S. Viti: *San-Vido*. } triarcha Aquileiensis.

Belgradum: *Belgrado*.

Palatiolum: *Palazzuolo*, ad Fl. Stellam, eò vsque ma-

- gnas naues deferentem.
 Zulia, seu Iulia: *Zuglio*, de quo in vetere.
 Saciletum: *Sacileto*.
 Coloretum: *Coloredo*.
 I V- Portus Romatinus, & Portus Gruarius: *Porto Gruaro*, &
Porto Gruer, vbi imponuntur nauigiis merces Germa-
 nicæ, nauigiis efferendæ.
 Concordia: *Concordia* magnæ vrbs cadauer.
 Auianum: *Auiano*, à quo campi nomen habent.
 Portus Naonis: *Porto Nono*, amplum, nobile, & luculen-
 tum oppidum concessum à Venetis titulo Principatus
 LIEN- Duci Aluiano.
 Porcilia: *Porciglia*, modicum quidem, sed luculentum
 oppidum Comitum Porcilianorum, quibus & paret.
 Broniana: *Brognana*. Non desunt tamen qui tres has
 prædictas vrbes tribuant Marchiæ Taruisanæ.
 Sumaca: *Sumaga*.
 Prodolum: *Prodolo*.
 S I. Cordiua: *Cordenato*.
 Zoppola: *Zoppola*.
 Strassoldum: *Strasso'do*.
 Faniana: *Fagnana*.
 Alta villa: *Vill' Alta*.
 Trigesimum: *Tricesimo*.
- V R-
 B E S
 M A-
 RITI-
 MÆ
 F O-
 R I-
 I V-
 GRADVS: *Grado*, in Insula vrbs ædificata ab Aquileien-
 sibus, vrbe suâ per Attilam euersâ; quâ ex occasione
 factum vt circa DCX. quemadmodum aiunt Volater-
 ranus & Blondus, Patriarchatus diuideretur in Gra-
 densem & Aquileiensem; ille Venetias translatus
 est. Illic seruatur Cathedra S. Marci, eò missa ab
 Heraclio Imp. In ruinis vrbs penè iacet. Nunc Duca-
 tui vrbs illa à Venetis adscribitur.
 Maranum, seu Marianum: *Marano*, ad Stagnum Cor-
 uatum *Coruato*, quod panditur in sinum ingentem pi-
 scibus refertissimum; arcem habet quæ nonnisi fame
 capi potest. Post Ripaltinam cladem prodita est Ma-
 ximiliano, recepta à Petro Strozza qui eam Venetis
 vendidi. Ga-

LII. Capulæ: *Caorle*, ad Ducatum iam spectat, licet eò faciliùs referri posset, quia ad fluuij Romati *Limene* æstuarium iacet.

DITIONES INSERTÆ AGRO FOROIVLIENSI.

AGER
AQUILEIENSIS,
le Territoire d'Aquillee.

AQUILEIA: *Aquileia*, nobis *Aquillee*, Germanicè *Aglax*, de cuius nomine in Veteri diximus. Ab Attila destructa est cum eam triennio obsedisset, & desperasset nisi per Ciconiam animatus esset. Reparavit hanc Narfes. Paruit Longobardis, Carolo Magno, Berengariis, &c. tandem Patriarchis cessit. Iam in vicum redacta est, hincque indigenarum parum fani.

TERRITORIUM
MONTIS
FALCONIS
le Territoire de Montfalcon.

Mons Falconis: *Monte Falcone*, nobile, frequens, & opulentum oppidum, à Theodorico Rege Gothorum conditum, & Verruca dictum: iuxta hoc medicati fontes.

Folliana: *Fogliano*, olim arx condita à Venetis, ad prohibendas excursiones Turcarum, nunc in vicum redacta est.

Belfortia scopulus: *Belforte*, vepribus, & dumis conuestitus.

GORITIENSIS
COMITATUS

GORITIA: *Goritia*, & *Goritz*, ad Fl. *Lisanzo*: oppidum peropulentum & lautum, an antiquitus Iulium Carnicum, an Norcia, non leuis est quaestio: olim Comiti parebat Austriaco clienti, qui & se Principem dicebat: nunc ad Austriacum cum ditione vrbs deuoluta est, & duobus tantum annis hac ditione Veneti potiti sunt.

le Comté de Goritz,

Gradiscia: *Gradiscia*, propugnaculum excitatum, vna cum Folliana à Venetis an. 1472. vt his impedirentur deprædationes Ottomanorum; sed cessante metu Folliana concidit; Gradiscia in urbem non illepidam coaluit.

Austriaci iuris.

Renzanum: *Renzano*.

FLV.

Romatus olim, nunc Limen, is, *Limene*, sic dictus quia fuit limes Marchiæ & Foroiulij aliàs.

Tiliauemptum maius: *Tatamento*.

Tiliauemptum minus: *Stella*.

- VII Turrus, olim Turro: *Torre*, ex montibus Tarcentinis oritur.
- Ansa: *Ansa*, iam per incile deductus Palmam Nouam.
- Amphora: *Amfora*.
- FO- Natifo: *Natifone*, stadio vno ab Aquileia fluens urbem
- RO- Forum Iulium alluens, & in Sontium cadens: vnde factum vt à quibusdam Aquileia ei affigatur; & fortè olim ad eam manu perductus.
- IV- Sontius: *Lisonzo*, cuius meminit Paulus Diaconus, à quo describitur non longè ab Aquileiâ: de vtroque in Antiquâ diximus.
- LIEN- TIMAVVS: *Timauo*, de quo in Antiqua pluribus egimus; hodie eius scatebræ sunt plurimæ, immo aliquando pauciores, aliquando plures, iuxta pluuium aut serenum tempus: quatuor ferè millibus passuum tunc etiam occultatus fuit, ait Leander, emersusque variis capitibus statim fluuium nauigabilem conficit, & ad scopulum Belfortiam in mare cadit.
- SIS
- AGRI.

NVM. 3. *Marchia Taruifana*, la Marche Taruifane.

- VR- TARVISIVM: *Tarviso*, de cuius fabulosâ origine, vide si orium est Leandrum; certè nemo veterum hoc appellat, Plinius tantùm montium meminit, quos Taurifanos vocat: fit primùm eius mentio in historia Gothicâ, vbi dicitur facta esse sedes Marchionis Longobardici. De variâ eius fortunâ, & Dominis diximus in Historicis. Patria fuit Benedicti XI. qui matrem inopem agnouit, splendidè vestitam reiecit.
- Musistra: *Musestre*, ad Fl. Silem *Sile*.
- BE S Altinum: *Altino Rouinata* inter Zeram Fl. & Silim, ex eius ruinâ creuit sequens: olim in paludibus.
- Torcellum: *Torcello*, iam in Ducatu collocatur, & nos de eo hîc.
- Æquilia Insula: hodie *Isola destrutta* ab Heraclianis conditum oppidum.
- Heraclia, hodie meo iudicio *Citta Nuova destrutta*, quam condidere Concordienses, Altinates, & Aquileienses

- post cladem urbium suarum, & in gratiam Heraclij Imp. sic dixere, vix c l. annis duravit.
- Opitergium: *Oderzo*, ad Fl. Mutecam *Mottega*, olim mari propinquum, nunc 30. mil. pass. ab eo diremptum est. De variis eius vicibus, vide Leandrum: vrbecula iam minuta est.
- TER- Motta, seu Metta: *Motta*, Castellum non magnum, sed cum cultissimis suburbiis, & populo frequens.
- RI- Portus Bufaletius: *Porto Bufaleto*, ad Lipientiam Fl. Saxile: *Sacile* ad prædictum Fl. vrbs splendida & lauta, & doctissimis viris abundans.
- TO- CENEDA *Ceneda*, fortè Acedum Ptolemæi, Episcopalis, & iam in ditione summi Pontificis.
- R II Cordinianum: *Cordignana*, monti insidens, eximium propugnaculum conditum à Nicolao Rangone.
- Conegianum: *Conegliana*, castrum admodum opulentum & frequens ad Fl. Mutecam.
- TAR- Serauallis: *Seraualle*, inter colles nobilissimum oppidum, armorum nobilis officina, & negotiatione inclytum: percurritur Imesulo Fl. nunc in Tabulis Nouis. *Meschio*.
- VISI- Colaltum: *Colalto*, fortissimorum virorum patrimonium.
- NI, Mellum: *Mel* in monte situm, caput Comitatus.
- Cesana: *Cesana*, ad Planim Fl. caput item Comitatus.
- Castrum nouum: *Castel nuouo*, ad Planim Fl. in valle Dobiadenâ.
- le Terri- Afulum: *Afòlo di Trenigio*, nobile oppidum & elegans ad Fl. Muffonum.
- toire de Barca: *Barco*.
- Tarviso. Castellum Francum: *Castro Franco*, pernobile oppidum ad Fl. Muffonum.
- Cismonium: *Cismonè*.
- Bassianum: *Bassano*, inclytum origine Principum Carra-riensium qui Patavium obtinuerunt: nunc lautum est, & frequens, & celebratur à nobili quondam pictore indigenâ, vulgò *le Bassan*; circumposita regio dicitur *le Bassanese*.

- CADO-**
RINVS { Parœcia Cadorini: *la piene de Cadoré*, non procul à Pla-
AGER { ni fluuiio: vnde huic regiunculæ nomen.
le Cado- { Auruncum: *Auranzo*, oppidum de quo nihil occurrit.
rin. { Pirariolum: *Pirarolo*.
 { Laurentiacum: *Lorentago*, seu *Lorenzago*.
- BEL-**
L V-
NEN-
SIS { **BELLVNVM**: *Belluno*, ad Fl. Calorum *Calore*, qui hîc ca-
 { dit in *Planim Piane*: exigua est, sed cultissima ciuitas
AGER { Episcopalis; Leander hanc immeritò vocat antiquif-
Bellune- { simam.
se, nobis { Pontense Castrum: *Castro di Ponte*.
le Bellu- { Zoltum: *Zoldo*, vbi montes asperrimi, sed ferri in pri-
nois. { mis feraces, & præstantissimæ officinæ.
 { Castrum Agordinum: *Castro Agordino* ad Fl. *Cordeuol*.
 { Agorum: *Agoro*, ad prædictum amnem.
 { Garesium: *Gares*, in montanis.
 { Sylua S. Marci: *Bosco da Remi di Santo Marco*.
- FEL-**
TRI-
NVS { **FELTRIVM**: *Feltri*, ciuitas Episcopalis, patria Victorini
AGER { viri eruditissimi, sita ad Fl. *Alfone*, qui mox cadit in
le Fel- { Planim; circumposita regio montana est, & metalli-
trin. { cis abundat.
 { Vedana: *Vedana*, ad Fl. *Cordeuol*.
 { Arsonium: *Arson*, ad Fl. Cauranum *Corano*.
 { Fosatium: *Fozasò*, ad Fl. Cismonem *Cismone*.
- FLV-**
VII { **ANAXVS** olim, { *Padolus*: *Padola*.
 { postea *Planis*, { *Boëtus*: *Boëto*.
 { *Piane*, multos { Calorus, olim *Varanius* Plinio, seu
 { fluuios excipit, { *Varianus*: *Calore*.
 { inter quos { *Cordeuolius*: *Cordeuol*.
- MAR-**
CHIÆ { **LIQVENTIA**: *Liuenza*, oritur ex { *Colina*: *Colina*.
 { môtibus *Opiterginis*, ex mul- { *Meduna*: *Meduna*, flu-
 { tis fontibus largis, atque ex { uius irrigans agrum
 { eodem penè loco profluenti- { *Foroiuhensem*.
 { bus, & antequam cadat in { *Imesulus*: *Meschio*.
TAR- { mare in duo cornua scinditur. { *Muttecaverius* torrês
 { In eum cadunt { quâ fluuius *Mottegan*:
VISA- { *Zerus*: *Zero*, seu *Zera* cadens in *Torcelli* æstuarium.
 { *Defis*: *Defe*, *Zero* connectitur paulò antequam cadat in
 { mare.

N Æ. Silis: *Sile*, per varios alueos in mare euoluitur.
 Muffonius: *Muffone*, variis incilibus sectus in mare, non
 tam euoluitur quàm spargitur.

N V M. 4. De Ducatu Veneto, vulgò le Dogado.

PARS est Marchiæ Taruifanæ, & huic accenseri debuit: sed
 quoniam hæc regiuncula celeberrima est, ideò methodi caussa
 hæc pars à toto reuellenda fuit.


INSVLÆ DVCATVS

VENETIÆ: *Vinegia* indigenis, nobis *Venise*, vrbs pulcherri-
 ma & ditissima ex 60. ampliùs Insulis contexta est. Quo-
 modo autem formata sit, & quibus incrementis aucta sit
 diximus in Historicis. Nunc octo mille passibus eius pro-
 currit ambitus, in sex partes distributa quas *Sexterias* vo-
 cant, 64. parœcias; in eâ æstus maris ad duos pedes intu-
 mescit: 460. pontes numerat partim lapideos, partim li-
 gneos, quorum pulcherrimus, qui maiorem canalem iun-
 git, vulgò pons Riui Alti, antea sublicius, sed an. 1591. ex
 lapide Istriano ductus: canalis ille est triù milliarium. Hic
 templum D. Marci pulcherrimum tum ex marmore, item
 & area D. Marci, thesaurus pulcherrimus vbi duo cornua
 Monocerotum, seu piscis Borealis; item Bibliotheca Bef-
 farionis. Cymbarum hic 8. millia numerantur; nam lin-
 tribus omnem in partem circumferri potes. Armamenta-
 rium 2. milliarium ambitus, in quo cccc. artifices quoti-
 die ex publico stipendium accipiunt: iuxtà locus *Tana*,
 dictus rudentum & velorum officina; de eo suprâ in Hi-
 storis. Castellum Oliuonense est Patriarchæ sedes. Gau-
 ricus Astrologus pollicetur hanc duraturam annis 1880.
 Quo tempore ait ex Insulâ continentem futuram: Sana-
 zarius eam Epigrammate verè aureo laudauit.

IVDAICA: *la Giudica*, in Austrum Venetiarum splendidis æ-
 dificiis excultra, & hortis: Euripo 400. passuum ab vrbe
 dirimitur.

MVRIANVM: *Muriano*, distans ab vrbe mille passibus;
 locus in primis amœnus vbi templa 14. hic scyphi vitrei
 toto orbe celeberrimi 14. officinis elaborantur, & vitrum

CCccc ij



pingitur. Aëre persalubri utitur ob fornaces vitrarias: tota ad 3. millia passuum in ambitum excurrit.

Maiorbium: *Mazorbo*, Hunicis temporibus habitari cœptum, nunc piscatoribus, & hortulanis relictum est.

Torcellum: *Torcello*, Episcopalis ciuitas, vnde Episcopus Torcellanus; dicta est Torcellum quasi Turricellum, vrbs colonis infrequens ob cœli grauitatem.

Caprularum Insula: *Caorle* in æstuario Limenis fluuij, ad Forum Iulium pertinere videretur, nisi Ducatui suo à Venetiis esset adscripta: vt & Gradus de quo hîc diximus.

Pupilia: *Pouegia*, seu *Poucia* 5. millibus à Venetiis distans: de quâ in Historiâ Venetâ.

Merhaucum, vel Meduacus vicus: *Matamocho* olim Ducis Veneti sedes, vnde portus profundissimus nomen habet. Hanc vrberem vastauit inundatio anno 1101. ideo sedes Episcopalis in sequentem translatus est.

Fossa Clodia: *Chiofa* ex superioris ruina facta celebris: item & victoriâ Genuensium, qui eam occuparunt anno 1380. sed vt victoriâ nescierunt. Hîc salinæ pulcherrimæ, & portus non illepidus: *Porto di Chiofa*.

Brendulum: *Brendolo*, & portus Brendulanus, *Porto di Brendolo*.

VENETI.
REGIO
PALVS-
TRIS
DVCA-
TVS
VENETI.

Bebœa: *Bebe*, in Insulâ feracissimâ situm oppidum.

Fossa: *Fossone*, à qua dictus est portus Athesinus, *di Adice*, seu *di Fossone*.

Loretum: *Loredò*, in regione peramœnâ ad Padum, & in limite Polesini Rhodigini.

CONTI-
NENS
DVCA-
TVS
VENE-
TI.

MESTRIVM Sabellico Mestra: *Mestre*, ad Fl. Mufsonum, castrum lautum & opulentum: pessimè acceptum bello inter Hispanos & Venetos; nunc refloruit ob fossam *Grandoni*.

Marghera: *Marghera*, vnde productum incile Mestrium vsque, quo pacto vtrumque oppidum locupletatum est.

Brentella: *Brentella*.

Mons Albanus: *Monte Albano* in paludibus,

De fluiis huius tractus, quia sunt communes agro Patauino dicemus
Numero 6. Sect. I.

NVM. 5. De Polesino, seu Peninsulâ Rodiginâ, le Polesin
de Rouigo.


VRBES. { RHODIGIVM: *Rouigo*, vrbs Episcopalis fat lauta ad alueum
Athesis quem *l'Adigeto* nominant: patria fuit Cœlij Rho-
digini.
ATRIA: *Adria*, ad Fl. Tartarum qui eam vndique ambit,
vrbs nomine, quàm re nunc celebrior.
Abbatia: *l'Abadia*, vndique aquis vallata, regitur à Præfecto
quem *Podesta* vocant.
Lendenaria: *Lendenara*, ad Arthesulum Fl. *l'Adigeto*: habet
quoque Præfectum suum.
Cauarzero: *Cauarzero*, versus Ducatum, cum Præfecto suo.
Canarus Burgus: *Canaro*, cognomento Venetus, & ei oppo-
situs Ferrariensis.

FLUVII. { ATHEISIS: *l'Adice*, hic in varia brachia spargitur, quorum
vnum dicitur Fl. Arthesulus *l'Adigeto*.
Tartarus: *Tartaro*, multis quoque incilibus sectus, & per in-
cile Castalianum *Castagnano* iunctus Athesi.
PADVS: *le Pô*, cum Tartaro connexus aliquot alueis.

NVM. 6. Ditio Veneta Longobardica, continens Agros, Patavinum,
le Padoüan; *Vicentinum*, le Vicentin; *Veronensem*, le Veronois;
Brixianum, le Bressan; *Bergomensem*, le Bergamasque; *Cremensem*,
le Cremasque.

SECT. I. *Patavinus Ager*, le Padoüan, ou le Territoire
de Padoüe.

VR- { PATAVIVM: *Padua*, seu *Padoüa*, nobis *Padoüe* ou *Pade*,
olim sæpe destructa, sæpe reparata: de diuersis eius
Dominis diximus in Historicis. Vrbs admodum am-
pla triplici muro cincta, & fossis amplissimis. Ædem
habet S. Antonij Olisipponensis, qui tamen Patavi-
nus



ITALIA RECENTIOR,

nus dictus est *S. Antoine de Pade, ou de Padoie*. Hic quoque seruantur ossa *S. Lucæ* in monumēto ex alabastro peruetusto. Prætorium hic quoque pulcherrimum, vbi ossa *Titi Liuij* reposita sunt. Ager huius fecundissimus & amœnissimus. Academiam habet illustrissimam, ob quam *Doctæ* nomen obtinuit.

BES

Ciuitatula: *Cittadella*, à *Parauinis* condita 1100. vrbs perlaura & frequens: tradita est *Malatestæ* à *Venetis* pro *Arimino*, sed ei erepta pro rebellione sub *Ludouico XII.* post cladem *Ripaltinam*: lanificio diues est.

Campus *S. Petri*: *Campo San Pietro*, lautum & honestum Castellum: vnde nobilis familia extitit. ad *Fl. Mussonem* affixum est.

AGRI

Gemula monasterium, *Gemula*, in monte qui pars est collium *Euganeorum*; conditum à *Beatrice Atestinâ*, vbi & sanctissimè obiit. In eo iam quoque virgines nobiles Deo famulantur.

Venda: *Venda* Cœnobium Monachorum montis *Oliueti* in monte eiusdem nominis, qui pars quoque est collium *Euganeorum*.

PA-

Arquatus Pagus cognomento *Montanus*: *Arqua del Monte*, ad differentiam alterius in *Polesino Rhodigino*: Hic diu habitauit *Petrarcha*, hicque visitur eius sepulchrum marmoreum subnixum quatuor columnis porphyreticis.

Aponus vicus: *Abono*, iuxta quem aquæ calidæ, de quibus in *Admirandis*. Ab eo non procul ædes *D. Mariz* montis *Ortoni*: *S. Maria delli monti Ortoni*, vbi *Eremitæ S. Augustini*.

Bouolenta: *Bouolenta*.

TA-

Castrum plebis *Sacci*: *Piene di Sacco*, corruptè pro plebe *Siochi*, à fluuio *Siocho* sic dictum.

Conselua: *Conselue*.

Anguillara: *Anguillara*, vnde lacui nomen.

MONS SILICIS: *Monte Silice*, antea mons diuitiarum dictus, patria fuit *Actiolini Romanini*. Hic viperæ excellentes ad theriacam.

ATESTE: *Esté*, castrum perhonestum subuersum ab

Astiolino: hinc orta est familia Ducum Ferrariefium, nunc & Mutinensium: ad Fl. Bachilionem sita est.

VINI. Montaniana: *Montagnana*, nobilissimum castrum, & cum ciuitatibus conferendum: eius maximè canabis celebratur quâ vtuntur Veneti ad rem nauticam.

Colonia: *Cologna*, oppidum nobile, frequens, & opulentum Leandro.

Castellum Baldum: *Castel-Baldo*, ad Fl. Athesim, à Patuinis conditum anno Christi 1292.

FLV. VII AGRI PATAVINI, & DVCAVS. BRENTA olim Medoacus Maior, nunc *Brenta*; & BACHILIO, aliter *Bambilo*, *Bachiglione* olim Meduacus Minor, variis anfractibus inter se impliciti hunc agrû eluunt. Et Brenta quidem cadit in mare ad Venetias, & iterum infra ad Medoacum portum, *Metamocho*; Bachilio autem per Brentellam fossam Brentæ iunctus, postquam diu errauit cadit inter *Chiosa*, & *Brendolo*.

Recipiunt etiam fluuios alios minores { Tergolam: *Tergola*.
Siocchum: *Sioccho*.
& alios.

LACVS AGRIPATAVINI. Anguillara: *Anguillara*, amplissimus & aliquot infulis distinctus, in Athesim effluit.

Visigiolus: *Lago di Vighizenuolo*, quem Leander sumit pro Fl. *Togifono* veterum, certè Barbarus contendit pro *Togifono*, legendum esse *Visigiolum*.

SECT. II. *Ager Vicentinus*, le Vicentin.

VRESSES. VICENTIA, malè indoctis *Vincentia*: *Vicenza*, nobis *Vicenze*. Paliarinus ait dictam esse à victoriâ indigenarum, vel à centum vicis, ex quibus vrbs coaluit, nugæ. De variis eius dominis nos suprâ. Eluitur duobus fluuiis nauigabilibus Bachilione, & Retone. In eâ vrbe seruatur Spina Coronæ Christi Domini huic vrbi à S. Ludouico Francorum Rege concessa.

Marostica: *Marostica*, oppidum inter montes perhone-

DDddd ij

- stum & locuples Leandro, nunc munitissimum, & quasi huius agri munimentum.
- AGRI Bolzanum: *Bolzano*, Vicentinum cognominatum ad discrimen Tridentini.
- Brendulum: *Brendola*, oppidum nobile, diues, & populosum; patria Omniboni Grammatici.
- Barbaranum: *Barbarano*.
- VI- Lonigium: *Lonigo*.
- Orgianum: *Orgiano*.
- CEN- Mons bellus: *Montebello*, frequens, opulentum, & lautum castrum, patria Guidonis Episcopi Ferrariensis.
- TINI- Custodia: *Costozza*, castellum sic dictum quoniam homines noxij hinc custodiri solebant in latumiis. Sita est sexto à Vicentiâ lapide, mille pass. à Bachilione Patavium versus. Tempore Leandri iam Latomiæ illæ ad 4. mil. pas. longit. excurrebant 3. mil. pas. latitudinis, & pilæ supra mille fornicem sustinebant.
- FLV- Bambilo, seu Bachilio: *Bachiglione*, de quo in agro Patavino egimus.
- VII- Retonus: *Rétone*, olim Eretenus anguillis optimis nunc scætet, vt olim abundasse dixit Ælianus.
- CEN- Tergola: *Tergola*.
- TINI- Tribulus: *Tribuolo*, &c.
- AGRI

SECT. 3. *Veronensis Ager*, le Veronois, *Italis*, il Veronese.

- VERONA: *Verona*, nobis *Verone*, ad Athesim fluuium quem pontibus quatuor necit, vrbs munitissima atque pulcherrima. Visitur hinc adhuc amphitheatrum integrum, vbi & spectacula more veterum celebrantur, *Arenas* vocant. Hinc tumuli Scaligerorum qui hinc rerum potiti sunt. Arcem habet permunitam, & duo Castella vulgè *S. Petro*, & *S. Felice*.
- VRBES Clusa: *la Chiusa*, locus munitissimus, ad prohibendos Tridentinorum impetus, hinc enim angustia à paucis seruari queunt.
- Malafesena: *Malfesena*, ad lacum Benacum.
- Garda: *Garda*, vnde lacus Benacus, nunc accepit nomen, *di Garda*.

AGRI VERONENSIS.

Piscaria: *Peschiera*, sita ad Mincium *Menzo*, dum erumpit ex lacu *Benaco de la Guarda*, vrbecula munitissima & instructissima. Locus ille munitus est à Scaligeris cum Veronæ præessent.

Mombazanum: *Monbazano*, ad Mincium.

Vallecium: *Vallegio*, vbi Mincius ponte iungitur.

Sirmiense Castrum: *Sermione Castro*, in Peninsulâ in lacum *Benacum* excurrente.

Villa Franca: *Villa Franca*.

Nogariolum Castrum: *Nogaruuolo*, ad Fl. Tionem: *Teione*.

Vigasiurn Castrum: *Vigasio*, ferè ad initia Tartari Fl.

Insula Scaligeri: *Isola della Scalla*, quondam à Comitibus sic dicta, vicus sed frequentia populi, & ædificiis plerisque vrbibus non decedens, quia erat Scaligerorum secessus. Ad hunc captus *Franciscus Gonzaga* an. 1509.

Sanguinetum: *Castro Sanguinedo*.

Cerera: *Cerea*, vicus honestissimus ad Fl. *Menagum* *Menago*.

LINIACVM: *Legnago*, vrbis cum arce ad Fl. *Athesim*, oppidum pernobile, frequens, lautum, & admodum munitum. Cui opponitur in aliâ ripâ *Athesis*.

PORTVS: *Porto*, item oppidum lautum, diues & firmum. Et *Athesis* hîc ponte iunctus vnam vrbem ex duabus videtur conflare.

Porcilia: *Isola Porcareza*, vicus sat lautus & celebris.

Castrum S. Bonifacij: *San Bonifacio*, excisum an. 1143. sed postea luculentius reparatum; inde originem trahunt nobiles Comites S. Bonifacij Veronenses.

Calderum: *Caldero*, vbi balnea fecunditatem mulieribus reddunt; de quibus in *Admirandis*.

MONS { *BALDVS*: *Monte Baldo*, etiam in agrum *Tridentinum* excurrente, cuius ambitus 30. Mil. *Pas.* dicitur esse: ex eo æris plurimum effoditur; totus autem confitus est herbis medicis, quæ totâ Italiâ magni sunt.

VALLIS { *POLISELLA*, aliter *Policella*: *Val Polifella*, fertilissima, & de cuius loco *Nagarino*, vulgò *Nagarin*, dicemus in *Admirandis*.

DD d d iij

CAMPI

VERONENSES: *Campagna di Verona*, inter Veronam & Hostiliam *Ostiglia*, ad xx. millia passuum extensa. Hic Blondus malè credidit victos Cimbro à Mario & Carulo; sed hîc superatus Odoacer Rex Herulorum à Theodorico Gotho.

LA-
CVS

BENACVS: *Lago de la Garda*, lacus amplissimus, & qui instar maris tempestatibus concitatur, maximè cum venti se inter montium angustias insinuant. Multi fontes in eum cadunt ex montibus, quibus præcingitur. Pisces in eo tanti saporis & tam exquisiti vt meritò maximis anteponantur.

FLV-
VII
AGRI
VERO-
NEN-
SIS.

ATHESIS: *l'Adice*, fluius maximus in quem confluunt hîc

Aldegus: *Aldego*.
Alpinus: *Alpen Vecchio*.
Fibius: *Fibio*.
& alij minoris nominis.

MINCIVS: *Menzo*, ex Benaco lacu erumpens.

Tartarus: *Tartaro*, in quem hîc cadunt

Tion: *Teione*.
Trinius: *Tregnone*.
Menacus: *Menago*.

SECT. IV. *Brixianus Ager*, le Bressan, aliter le Comté de Bresse, *Italis Bressano*.

BRIXIA: *Brescia*, & *Bressa*, nobis *Bresse*, de cuius dominis aliqua in Historicis: modico fluiuolo, vulgò *Garcia* eluitur, sed non procul habet *Mela*, & *Nautilo*: in loco perforata sita est, fossis aggeribusque præcincta; Castrum item habet in monte naturâ, artèque permunitum.

Castanietulum: *Castagnadolo*.

Burgus Saiolus: *Borsadolo*.

LONATVM: *Lonato*, oppidum diues, olim Principum Mantuanorum, à Francisco Sfortia, per conditiones pacis Venetis traditum, Marchione Ludouico Gonzaga nequiquam reclamante.

Vrbes
ad

Ripaltella: *Riuoltella*.

Desentianum: *Desenzano*.

SALODIVM, aliter Salona Longa: *Salo*, vnde re-

*Benacum
lacum*

giunculae nomen, pernobile oppidum, & di-
ues, & illustre suo templo.

Garnianum: *Guargnano*.

SABIVM: *Sabio*, non procul à Nautilij fonte Leandro, vnde
valli nomen.

IDRINVM: *Idro*, vnde lacui nomen: nugantur aliqui apud
Leandrum qui hunc ab Hydrâ Herculis, aut voce *Idro*
aqua dictum volunt.

Musculonium: *Moscolino*.

Romandelum superius: *Remedel di sopra*.

Romandelum inferius: *Remedel di sotto*.

A
G
R
I
B
R
I
X
I
A
N
I

ASOLA Castellum: *Asola*, locus olim permunitus ad Fl. *Chic-
se*, sed à Brixianis sapienter deiectus est.

MONS CLARVS: *Monte Chiaro*, ad prædictum Fl. oppidum
subuersum à Friderico II. restitutum à Brixianis, & dein-
de iterum vastatum à Flandriæ Comite, qui Carolum
Francum Siciliae Regem sequebatur: ab eo dicta est Re-
gio *di Monte Chiaro*.

Gambara: *Gambara*, ad incile Nauilionis.

Insuletta: *Ifoletta*, ad Nauilionem Fl.

Baniolum, seu Balneolum: *Baguolo*, ad Fl. *Garciam*.

Caluisanum quibusdam Caluisij Forum, quasi Caluisius
cuius Cæsar meminit ei imposuerit nomen: *Caluisano*.

Pratum Alboini: *Pra-Alboino*.

Mineruium: *Minerbio*.

Pons Vicus: *Ponte Vico*, lautum oppidum Leandro.

ORCI Veteres & Noui: *Orci Vecchi & Nuouo*, sed Noui cla-
riores, lautiores, & ditiores: oppidum à Venetis munitum an.
1134. cui arx adiecta est: antea dicebatur Fanum S. Georgij.

Quintianum, aut Quintiani Villa: *Quinzano*, patria Franci-
sci Stoæ viri doctissimi, & de poëticâ optimè meriti.

Rudianum: *Rudiano*, non procul ab Ollio.

Pons Ollij: *Ponte Oglio*, vbi iungitur ponte nobili Ollius Fl.

Palatiolum: *Palazzuolo*, vbi quoque Pons Ollij, oppidum
frequens, & luculentum.

Capreolum: *Capreoli*, in Franciâ Curtâ de quâ mox; olim
oppidum permunitum, sed destructum à Carolo Franco
Siciliae Rege.

Cl-

Clarium: *Chiari*, nobile oppidum ab aquarum claritate sic dictum, multis riuulis eluitur in Ollium cadentibus. Hic ædes sacra planè magnifica, & nobilis sacerdotum chorus.

CASTRVM ISEVM: *Iseo*, vbi ædes collegialis inelyta: lacui Sebino nomen dedit.

Castellum Pisonium: *risogni*, ad prædictum lacum, vbi Ollium Fl. haustit.

L A-
CVS { BENACVS: *Lago di Garda*, de quo in Veronensi agro.
IDRINVS, olim Edrinus: *Lago d'Idro*, Fl. Clusium recipiens, & reuomens, ab vrbe *Idro*, olim Edro dicitur.
SEBINVS, seu Seuinus: *Lago d'Iseo*, Ollium Fl. sorbet, emittitque, & Bergomenscm agrum attingit vt Brixianum.

FLV-
VII. { OLLIVS: *Oglio* per Camonicam vallem decurrens, & haustus redditur à Sebino lacu, cadit postea in Padū: eius aquæ limpidissimæ, & eius anguillæ magni sunt in Italiâ. In eum defluunt
Nauius: *Nauiio*.
Mella: *Mela*, aliter Latine Mellone dictus.
Clusius, *Chiese*, quem lacus Idrinus accipit, & reddit auctiorem.
Alij Riuuli sunt parui, aut nullius nominis.

VALLES
PRÆCIPVÆ
AGRI
BRIXIANI. { CAMONICA: *Val Camonica*, à Leandro Camunia, videlicet à Camulis populis: fluuio Ollio irrigatur, valde ferax atque lauta, & monte Aurigâ *Zapellu Auriga*, à Valle Tellinâ separatur.
TROPICA Bottero Trombia: *Val Tropia*, inter editissimos montes iacet, & Mellâ fluuio eluitur.
SABIANA: *Val di Sabio*, Clusio fluuio irrigatur, & Idrium lacum includit.

R E-
GIVN-
CV-
LÆ { RIPARIA SALONIA: *la Riniere de Salo*, Italis *Riperia di Salo*, distribuitur in 36. districtus, qui Consilium legunt, sicque quietè & tranquillè viuunt, Præfecto Veneto providente, ne quid sua Resp. detrimenti patiatur.

AGRI { PLANITIES MONTIS CLARI: *Campagna di Monti Chiari* fertilissima, & peramœna.

FRANCIA CVRTA: *Fransa Curta*, sic dicta, vt quidam
Parall. Geogr. Tom. II. E E c c e

B R I-
X I A-
N I.

putant à Francis qui hîc confederunt post victum à Carolo Magno Desiderium. Capreolus apud Leandrum hoc nomen ait huic regiunculæ impositum, quod cum vouisset Carolus Magnus se celebraturum festum S. Dionysij in Franciâ, & eiusmodi tempora incidissent quibus relinquere non posset Italiam, constituit ædem S. Dionysio circa Rodengum, vulgò *Riuadega*, & hunc tractum Franciam Curtam hoc est paruam, vel breuem appellauit.

SECT. 5. *Ager Bergomensis*, le Bergamasque, aut Bergamasco.

V R-

B E S

AGRI

B E R-

G O-

M E N-

BERGOMVM : *Bergamo*, hoc est mons Regalis veteri Gallorum linguâ, ait Ioan. Chrysoftomus Bergomas lib. de Orobiis: vrbs est in latere montis posita, cuius radices amplissima suburbia occupant, nouem propugnaculis regiis munita est, & castro in monte qui Capella dicitur, quia hîc olim ædícula: castrum aliàs dirutum iterum excitatum est ad præsidium vrbs.

Seriatum : *Seriato*, ad Fl. Serium vnde nomen habet.

Martinengum : *Martinengo*, oppidum diues, & frequens.

Romanum : *Romano*, frequens quoque oppidum, & mercibus suis celebratum.

Malpaga, *Castro Malpaga*, cultissimum castrum à D D. Martinengis reparatum.

Ædes D. Mariæ Basselanæ : *Bassella*, non procul à Serij Fl. ripâ, vbi B. Virgo monuit rusticam puellam, vt hîc Crux ad Quercum effoderetur quâ repertâ exclamauit *Bassella* voce patriâ, vnde loco nomen inditum.

CALEPIVM : *Calepio*, à quo dicta vallis Calepia ad Ollium ex Sebino lacu exeuntem, patria Ambrosij Calepini Eremitæ S. Augustini, de re Latinâ optimè meriti, ob voces Latinas in syllabum digestas.

Spinum : *Spino*, vnde lacus cognominis.

CLVSONIVM : *Cluson*, locus iis cognitus qui in vallem Tellinam proficiscuntur; quindecim enim in hoc tractu angustix, seu aditus, quibus hunc transire ad Gri-

sones queas, omnes in Tabulâ recente notati, & appellati.

Lucrium: *Louer*, ferè ad caput Sebini lacus, in valle Chiusontiâ, oppidum lanificio diues.

S I S. Ulmum: *Olmo*, vnde valli nomen.

Fanum S. Ioannis Beccensis: *S. Gioanni Becco*, ad Fl. Brembum.

Bramates: *Brembato di Sotto*, ad Fl. Brembum.

Caueriatum: *Capriato*, non procul ab ostio Fl. Brembi in Adduam.

FL VII. { OLLIUS: *Oglio*, Recipit fluuiolum Spinum: *Spino*, ex lacu de quo suprâ } cognomine prodeuntem.
 { ADDVA: *Adda*, Brembus: *Brembo*, magnam huius agri partem alluens, multosque fluuiolos forbens.
 { in quem cadunt duo celebres Fl. } Serius: *Serio*, de quo Sect. sequenti.

PRÆCIPVÆ { SERIANA: *Val Seriana*, à Serio Fl. fatis fertilis; vbi olim Becuni.

VALLES { BREMBANA à fluuio Brembo, amplissima, & feracissima, & ferè per totum hunc tractum decurrens.

AGRI { MARTINIANA: *Val S. Martino*, ad Addam dum exit è lacu Comensi, in primis amœna.

BERGOMENSIS. { CALEPIA: *Val di Calepio*, ad exitum Ollij ex Sebino lacu.

{ CHIUSONTIA: *Val di Chiusontio*, ad eiusdem lacus Sebini caput.

SECT. VI. *Ager Cremensis, le Cremasque, ou Cremasc.*

VR- { CREMA: *Crema*, nobis *Crema*; olim Forum Diuguntiorum Ptolemæi, nomen aliqui mutatum putant, quòd cremata fuerit iussu Archiepiscopi Mediolanensis ob incolas Antropomorphitas: prima eius mentio fit sub Friderico Ænobarbo à quo æquata est solo, sed à Cremonensibus reparata est; alij ab eodem Friderico restitutam malunt. Olim tantum Castrum erat, vnde prouerbium Crema in Lōgobardiâ.

E E e e ij

- AGRI } Sita est in amenissima planitie, muris firmissimis, & semper egregiè instructa armis, & cibariis, quia hostibus obiicitur potentissimis.
- CRE- } Roboretum vicus: *Rouovete*,
Fanum S. Bassani: *S. Bassano*.
- MEN- } Ripalta: { *Riuolta Vecchia*.
Riuolta, { *Riuolta Nuova*.
SIS. } triplex { *Riuolta Arpina*.
- Reliqua loca quæ vulgè huic regioni assignantur à Geographis, extra huius tractus limites iam inveniuntur.
- FLV- } SERIVS: *Serio*, aquis limpidissimis hunc totum tractum
VIVS. } irrigat, & Cremam stringit.
Multos quoque recipit fluuiolos nullius penè nominis, sed magnæ huic regiunculæ utilitatis.

§. 3. Ditio Reipublicæ Venetæ extra Italiam.

- IN } Iadera: *Zara*, caput Comitatus.
ORA } Ænona: *Nona*.
DAL- } Nouigradia: *Nonigrade*.
MA- } Sicum: *Sebenico*.
TIÆ. } Fanum S. Nicolai: *S. Nicolao*.
} Spalarum: *Spalatro*, ou *Spalatto*.
} Cattara: *Cattaro*.
} Butua: *Budua*.
} Tragurium: *Trau*.
} Piguntium: *Almissa*.
- IN SV- } Vitalis Falerius Dux
LÆ } Venetus huc tra-
ORAM } ctum obtinuit Ve-
DAL- } netis ab Alexio
MA- } Imperatore, cui
TIÆ } suppetias tulit
PRÆ- } anno Christi
TE- } 1096.
XEN- }
TES. } Abfyrtydes: *Cherso*, & *Osero*.
} Vegia: *Vegia*, seu *Veglia*.
} Arba: *Arbe*.
} Giffa: *Pago*.
} Bratia: *l'Abrazza*.
} Pharos, seu Pharia: *Lezina*.
} Issa: *Issa*, seu *Lissa*.
} Corcyra Melæna: *Curzola*.
} Cheroma Scopulus: *Chiroma*, è regione Ragusæ, quem nullo pretio Ragusini emere potuerunt ad arcem extruendam in tutelam vrbis suæ.

IN ORA } Piscinæ Butruntinæ : *les Pescheries de Butrinto.*
 ALBANIÆ. } Parga : *Parga*, vrbs munita cum arce firmissimâ.

IN MARI } CORCYRA : *Corfou.*
 IO- } Paxus vtraque : *Paxu*, & *Antipaxu.*
 NIO. } CEPHALONIA : *Cefalogna.*
 } Cephalonia minor, seu vetus : *Picola Cefalogna*, seu *Vechia.*

IN MARI } CRETA : *Candie*, cum quatuor suis Territoriis.
 Æ- } CYTHERA : *Cerigo.*
 GÆO. } Cerigota : *Cicerigo*, à nautis *Gerigota.*
 } Tenos : *Tine*, aut *Tini.*
 } Mycone : *Mycone*, aut *Mycole.*

§. 4. *Vrbes & ditiones Venetis ab Turcis erepta.*

SVB AMV- } Theffalonicam : *Saloniqui*, perdidere, quæ eis vendita
 RA- } fuerat ab Andronico Palæologo.
 THO. } Scanderbegus Epirota eis moriens obtulit Croiam, &
 } totam ditionem suam, sed eam vtpote remotiorem à
 } mari seruare non potuerunt.

SVB MA- } Moream munire cœperant magno labore, & sumpti-
 HV- } bus excitato Hexamilo, sed munitiones suas flagitio-
 ME- } sè deseruere præfidiarij, & agrè Modonem, & Cõ-
 TO } ronem seruauere.
 SE } Ereptæ quoque sunt iis ab eodem Imperatore Eubœa
 CVN- } *Negrepont*, *Lemnos* *Stalimene*, *Lesbos* *Metelin*, *Leu-*
 DO. } *cas* *Saincte Maure*, & aliquot aliar, quæ postea receptæ
 } sunt ab iis.

SVB BAIAZE- } Perdidere Coronen, *Coron*, *Methonen* *Mo-*
 THO SECVN- } *don*, *Naupactum* *Lepante*, *Dyrrhachium*
 DO. } *Duras.*

SVB SELI- } In ora Dalmatiæ aliquot vrbes, vt *Antibarium* *Antisari*,
 MO } *Dulcinium* *Dolcigno*, &c.
 SE- } Margaritinum : *Margaritin*, in Chimariotis Epiri, seu Al-
 CVN- } bania.
 DO. } CYPRVS denique bello tentata anno 1571. eis profus
 } crepta est 1572. captis *Nicosiâ* atque *Famagustâ.*

SVB HIBRAIMO
IMPERATORE
IAM REGNAN-
TE.

Amifere Caneam, & magnam Cretæ par-
tem, quæ tota Veneta definet esse nisi
Principes Christiani inter se conueniant,
licet Veneti supra vires repugnent, &
hosti tanto soli propemodum pares vi-
deantur.


CAPVT III.

De Principibus Longobardiæ.

HÆc est difficillima, & intricatissima totius Italiæ portio, in
quâ expediendâ plurimum nobis laborandum fuit. Porro
totam hanc descriptionem sex Paragraphis expediemus; primus
erit de Ducatu, seu Duce Mediolanensi; 2. de Sabaudo; 3. de Du-
ce Mantuano, & Montiferrati; 4. de Parmensi; 5. de Mutinensi;
6. de Minoribus Principibus sui tamen iuris; quorum omnium tibi
iterum stemma proponimus.

Maiores Principes Longobardiæ.

DVX	{	TERR. MEDIOLANENSE: <i>Milanese</i> . Mediolanum: <i>Milan</i> .
		TER. COMENSE: <i>Comese</i> . Comum: <i>Come</i> .
ME-	{	COMIT. ANGHERIÆ cum ditione ad lacum Verbanum <i>Angheria, & Domo d'Osella</i> .
		TER. NOVARIENSE: <i>Novarese</i> . Nouaria: <i>Nouare</i> .
DIO-	{	VIGEVANENSIS AGER: <i>Vigenanaseo</i> . Vigevanum: <i>Vige- uano</i> .
		PAPIENSE TER. <i>Pauese</i> . Papia seu Ticinum: <i>Pauie</i> .
LA-	{	LAVDENSIS AGER: <i>Lodigiano</i> . Lauda: <i>Lodi</i> .
		CREMONENSE TER. <i>Cremonese</i> . Cremona: <i>Cremona</i> .
NEN-	{	ALEXANDRINVS AGER: <i>Alessandrese</i> , Alexandria: <i>Ale- xandrie la Paille</i> .
		DERTONENSIS AGER: <i>Tortonese</i> . Dertona: <i>Tortone</i> .
SIS.	{	<i>Hinc quoque pendent Finalium, & Pontremolium in agro Genuensi extra Longobardiam.</i>
DVX	{	PEDE-
		MON-
		{ PRINC. PEDEMONTII. Taurinum: <i>Turin</i> . MARCH. SALVTIARVM. Salutum: <i>Saluffes</i> . COM. ASTENSIS. Asta: <i>Aste</i> .



SA-	TIVM.	MONS-FERRATVS SABAVDICVS. Tridinum: <i>Trin.</i>
BAV-	COMI- TATVS	Vicariatus NICEÆ. Nicea: <i>Nice.</i>
DIÆ.		Vic. BARCELLONÆ. Barcellona: <i>Barcinonette.</i>
	NI- CEÆ.	Vic. SOSPELLÆ. Sospella: <i>Sospello.</i>
		Vic. PVERINI. Pucrinum: <i>le Poggiat.</i>
		Vallis S. STEPHANI. Fanum S. Stephani: <i>San- Stephano.</i>
D V X		DVCATVS MANTVANVS. Mantua: <i>Mantouë.</i>
MAN-		DVCATVS MONTISFERRATI. Cafale S. Euasij: <i>Cafal S. Vas.</i>
TVA-		DITIO BRESSELENSIS. Bresselum: <i>Brexello in agro Rhegiensi, Ducis Parmensis.</i>
NVS.		
D V X		DVCATVS MUTINENSIS. Mutina: <i>Modene.</i>
M V-		DVCATVS RHEGIENSIS. Rhegium: <i>Reggio.</i>
TI-		PRINCIPATVS CARPENSIS. Carpi: <i>Carpi.</i>
NEN-		REGIO FRINIANA. Sestula: <i>Sestolo.</i>
SIS.		REGIO CARFINIANA. Castrum Nouum: <i>Castro Nuovo.</i>
		DVCATVS CORREGIANVS. Corregium: <i>Corregio.</i>
		ROLIENSIS COMITATVS Rolium: <i>Roly.</i>
		DITIO SAXVLANA. Saxulum: <i>Sassuolo, seu Sasshil.</i>
D V X		DVCATVS PARMENSIS. Parma: <i>Parme.</i>
PAR-		DVCATVS PLACENTINVS. Placentia: <i>Plaisance.</i>
MEN-		STATVS PALAVICINI. Burgus S. Donini: <i>San-Donino.</i>
SIS.		PRINCIPATVS LANDENSIS: <i>Principauté de Landi.</i> Bur- gus Vallis Tarenfis: <i>Borgo di ValTaro.</i>
		COMITATVS ROSSENÆ Rossena: <i>Rossena.</i>
		TERR. FLORENTIOLÆ. Florentiola: <i>Fiorenzuola.</i>

Minores Principes Longobardia.

D V X MIRAN- { Mirandulæ Ducatus. *Mirandola.*
DVLANVS { Concordiæ Comitatus. *Concordia.*

PRINCEPS MACERANI. Maceratum: *Macerano.*

PRIN- { D V X GVASTALLÆ. Guastalla: *Guastalle.*
GIPES { D V X SABVLONETI. Sabulonctum: *Sabionetta.*

Co-

EX	}	COMES NOVELLARIÆ. Nouellaria: <i>Novellara.</i>
FAMI-		PRINCEPS BOSSOLENSIS. Bossulum: <i>Bosso-</i>
LIA		<i>lo.</i>
MAN-		MARCHIO CASTILIONÆVS STIVERÆVS: <i>Castiglio</i>
TVA-		<i>de la Stiuere.</i>
NA.		DOMINVS SOLFARINI. Solfarinum: <i>Solfarino.</i>

§. I. De Ducatu Mediolanensi, & ditionibus ei insertis.

EVOLVERE debemus hoc §. præcipuam Longobardiæ partem, quam Hispanus magnâ sollicitudine tueretur, vocâtque Antemurale regni Neapolitani; quam accipit clientelarem ab Imperatore, ex quo & cæteri Principes, si paucos excipias, pendere dicuntur.

SECT. I. *Historica descriptio.*

NVM. I. *Nomen.*

NOMEN accepit à primaria vrbe, eaque amplissima Mediolano; ac primùm Principatus fuit, seu Dominium; tandem in Ducatum transit an. 1395. per Venceslaum Imperatorem in gratiam Ioan. Galeatij.

NVM. 2. *Qualitas Ducatus Mediolanensis.*

OLIM latissimè patuit hic Ducatus, siquidem Galeatius primus Dux accepit à Venceslao Imperatore an. Christi 1395. Brixia, Bergomum, Comum, Nouariam, Vercellas, Alexandriam, Dertonam, Bobium, Placentiam, Rhegium, Parmam, Cremonam, Laudam, Tridentum, Cremam, &c. Veronam, Vicentiam, Feltrium, Bellunum, & alias plerasque ditiones; Pisas etiam idem Galeatius ab Apianis redemit, aliquot vrbes ademit Mantuano, ac supra reliquos Principes Italiæ caput extulit. Sed sub eius filio Ioanne Mariâ ditiones aliquot distractæ sunt: Pisa Florentinis venditæ, Verona & Vicentia sese Venetis submiserunt, & sensim ad eum statum quem nunc videmus hæc ditio redacta est.

Nunc verò (inquit *Guarinus*) complectitur tantùm ciuitates decem cum earum territoriis Mediolanum, Ticinum seu Papiam,

Parall. Geogr. Tom. II.

FFFF

Cremonam, Laudam, Dertonam, Alexandriam, Comum, Nouariam, Bobium, & Vigeuanum.

Itaque *longitudo* eius desumitur à pago Rusca in regionibus Inalpinis, ferè Sabuloneram vsque; quod spatium complectitur circuli maioris duos gradus cum dimidio, ac proinde 150. millia pass. Francicas leucas 75. Germanicas 37 cum dimidia. *Latitudo* à Sauiuione *Sauignone* in limite Genuensi ad montem sancti Gothardi planè longitudini similis est, videlicet 2 graduum cum dimidio maioris circuli. Circuitus denique peritiorum iudicio est 300. mil. passuum.

N V M. 3. *Qualitas huius regionis.*

REGIO tota imprimis rigua est multis fluuiolis interscissa, multis lacubus distincta; in cilibus plurimis in omnem partem deductis diues. Circa Mediolanum tanta oryzae copia prouenit, vt per vniuersam Italiam, ac Galliam distribuatur. Ager Cremonensis vini feracissimus est ac fructuum, Ticinensis lini, Laudensis pascuorum: laudantur huius regionis casei, quorum se vidisse aliquos, ait Leander, 500. librarum.

N V M. 4. *Politia Ducatus Mediolanensis.*

REGIMEN POLITICVM huius regionis ita se habet: præest Gubernator *le Gouverneur de Milan*, qui Vicarius Generalis dicitur, penes quem arbitrium rerum omnium politicarum, & electio omnium Magistratum, quorum potestas biennio expletur. Assidet Gubernatori Consilium secretum constans ex Generali Duce omnium copiarum militarium, Castellano Mediolanensi, Cancellario, Præsede Senatus, Præsede Magistratum oppidanorum, Quæstore Generali, cui aliqui adiunguntur ex Regis gratiâ.

REGIMEN CIVILE. Senatus Mediolanensis constat ex Præsede & XII. Senatoribus, quorum tres solent esse Hispani, cæteri ex præcipuis ciuitatibus eius Status, è quibus solet ex veteri consuetudine legi *Regens*, qui in Hispania Regi assistat. Ab hoc Senatu nulla appellatio. Omnes Ciuitates & Castella reguntur vt plurimum à duodecim Decurionibus, qui sorte eliguntur è capsâ Consiliariorum qui LX. numerantur: hi autem omnes Decuriones Mediolani degunt.

REDITVS superiori sæculo, vt refert Philippus Cominæus, Ducum feptingenta millia Ducatorum annui reditus erant. Nunc autem Hispanus vulgò octingenta percipit, præter exactiones, & multa onera miseræ plebeculæ à Gubernatoribus impofita. Vnde prouerbium; in Siciliâ Hispanos ministros arrodere, in Regno Neapolitano comedere, in Ducatu omnia confumere atque deuorare.

COPIÆ. Hic fcribuntur vulgò tria millia peditum Hispanorum, mille velites, fexcenti equites Cataphraçi: quæ copix etiam aluntur tempore pacis. Sed bello vigente, quod numquam deferuefcit, longè maiores copix educuntur, & eò confluunt ex Hispaniâ, & Regno Neapolitano, Comitatu Tirolenfi, & aliis locis. Tormenta bellica, atque arma hîc tot feruantur, vt ad tutelam vniuerfæ Italiæ fufficere videantur.

PRINCIPES præcipui huius ditionis funt, Marchio Marignani ex Mediceâ Domo, Marchio Triuultius, Comes Borromæi, & alij.

N V M. 5. *Mores huius regionis.*

INGENIOSOS viros totus hic tractus alit, & maximè deditos artibus mechanicis; quare hîc artifices locum dedere prouerbio: euertendum effe Mediolanum vt vniuerfæ Italiæ prouideatur. Lautè & fplendidè veftiri volunt, quare hîc plerique Biantis æmuli omnia fua fecum portant. Minùs zelotypi funt, minùsque vindictæ appetentes quàm reliqui Itali: mulieres operis Phrygij peritiffimæ funt.

N V M. 6. *Principes Mediolanenfes.*

ORIGINEM traxere Duces Mediolanenfes ab Vrberto & Comitibus, vel Vicecomitibus Angeriæ, qui grauiter accepti funt à Friderico Ænobarbo Imperatore. Is Imperator deftruxerat Mediolanum, & Vicarium appofuerat qui Lögobardiæ præflet: Mathæus cognomento Magnus ab Arnulpho Imp. an. 1294. Vicarius conftitutus eft, qui Principum Mediolanenfium auctoritatem vilus eft firmare. Tandem Ioan. Galeatius III. Dux creatus eft à Venceflao, itémque Comes Angeriæ, & vniuerfæ regionis ad lacum Verbanum. Genuit ille è Catharina filiâ Ioannis Regis Francorum Valentinam quæ nupfit Ludouico Turonenfi aliter Ande-

gauensi, Caroli V. Francorum Regis ñlio, eâ lege, vt si fratres eius morerentur sine liberis Ludouicus in Ducatum succederet. Ex eâ autem natus est Carolus Dux Aurelianensis, & Mediolanensis, pater Ludouici XII. Francorum Regis. Idem Galeatius è Catharina tertiâ coniuge, suscepit filios duos Ioan. Mariam qui patri successit, & cæsus est anno 1412. & Philippum Mariam qui fratri successit, fuitque III. Dux Mediolanensis. Is obiit 1447. sine legitimâ prole, relicta tantùm Blanche Maria, ex concubinâ, quæ nupsit Francisco Sfortiæ. FRANCISCVS SFORTIA vir fortissimus nothus Mutij Cotignolæ post interregnum annorum 2. & sex mensium ex Imperatore exercitus Mediolanensis creatus est Dux IV. suscepitque ex Blanchâ nothâ Philippi Mariæ III. Ducis liberos duos, Galeatium Mariam Sfortiam Duce[m] V. & Ludouicum Mariam qui postea Dux VII. fuit. Galeatius Dux VI. genuit Ioan. Galeatium Duce[m] VI. cuius filius Franciscus Sfortia susceptus ex Isabellâ Alphonfi Neapolitani Regis filiâ exclusus est Ducatu, Duxque fuit Barij. Ludouicus verò Maria Dux VII. à Ludouico XII. Francorum Rege eiectus est anno 1499. & anno sequenti 1500. captus in carcere obiit in Galliâ, postquam ex Beatrice Herculis Estensis filiâ Maximilianum Mariam Sfortiam genuisset, qui Dux VIII. creatus est anno Christi 1512. à Venetis, Hispano, Papa & Heluetiis coniurantibus, tradente ei ciuitatis clauis Episcopo Sedunensi, sicque exclusi sunt Galli cum Ludouico XII. post pugnam cum Heluetiis ad Nouariam. Verùm Franciscus primus cùm duxisset Claudiam filiam Ludouici XII. Alpes transcendit, Heluetios ad Malignanum vicit, urbem arcemque Mediolanensem recepit, & deditum Maximilianum in Galliam misit, vbi obiit in carcere. Sed cùm Carolus V. Mediolanum recepisset Franciscum filium Ludouici VII. Ducis, & fratrem Maximiliani Duce[m] creauit, qui sine liberis mortuus est anno 1535. Sicque ad Hispanos rediit hæc ditio, qui negant conuentionem in nuptiis Valentiniæ ab Imperatore confirmatam esse, ac proinde nullam contendunt: atque hodie ex Imperatore pendere, qui hanc Regi Hispaniæ concessit. Hæc autem paulò implicatiora tibi sic ob oculos ponimus.

Stemma Ducum Mediolanensium.

IOAN. GA- LEA- TIVS Primus DVX	} Ex Catha- rina filiâ Ioan. Re- gis Frâc.	} VA- LEN- TINA, ex quâ	} CARO- LVS Dux Aurelia- nensis	} LVD O- VICVS XII. Rex Galliæ	} CLAVDIA quæ nup- sit Franc. I.
FRANG. SFOR- TIA, cui nati sunt ex Blanchâ nothâ Phil. Ma- riæ III. Ducis.	} GALEA- TIVS MARIA Dux V.	} IOANNES GALEATIVS ex Isabellâ Alphonfi fi- liâ Dux VI.	} FRANCISCVS SFORTIA Dux Barij. BONA DVCISSA Barij, & vxor Sigisnundi Polo- niæ Regis.		
				} LVDOVICVS MARIA Dux VII. exclusus & captus à Ludouico XII. cui ex Beatrice Eftenfi in carcere nati	} MAXIMILIANVS SFORTIA Dux VIII. creatus à con- fœderatis, & captus à Fran- cisco I. Rege Francorum. FRANCISCVS SFORTIA Dux IX. factus à Carolo V. Im- peratore, ex quo ad Hispa- nos transit.

SECT. II. *Ducatus Mediolanensis Geographica descriptio.*

NUM. I. *Synopsis Ducatus Mediolanensis.*

DV- CA- TVS ME-	} PARS	} PARS CAM- PES- TRIS	} TERRITORIUM MEDIOLANENSE. <i>Milan.</i> NOVARIENSIS Ager. <i>Nouare.</i> LAVDENSIS Ager. <i>Lodi.</i> CREMONENSIS Ager. <i>Cremona.</i>

FFfff iij

DIO- LA- NEN- SIS.	REA- LIS	MON- TANA	{	COMITATVS ANGHE- RIANVS, seu ditio circa Verbanum lacum	{ <i>Angheria, Domo d'O- scella.</i>
				LUME- LIANA	
	PARS MERI- DIO- NALIS.	PARS TRANS- PADU- NA.	{	ALEXANDRINVS Ager. <i>Alexandrie la Paille.</i>	{ <i>Alexandrie</i>
				TORTONENSIS Ager. <i>Tortone.</i> BOBIENSIS Ager. <i>Bobbio.</i>	

N V M. 2. *Territorium Mediolanense.*

VRBES TERRITORII

MEDIOLANVM: *Milano*, nobis *Milan*, ciuitas 8. mil. passuum. De variis eius casibus, & dominis vide Leandrum. Arcem habet dictam portæ Iouis, vulgò *le Chasteau de Milan*, munitissimam: muri vrbs crassissimi, magna copia tormentorum bellicorum, in Palatio vrbs armamentarium armis refertissimum. Suburbia cum magnis vrribus conferenda; artifices tam multi vt omnibus vrribus Italiæ sufficere queant, vt præmonuimus.

Melignianum: *Melignano*, Gallis *Marignan*, ab Mediolanensibus conditum oppidum an. 1243. ad illud Franciscus I. vicit Heluetios an. 1515. cuius prælij gloriam fatis ineptè Leander refundit in Venetos.


Ripalta: *Ris' Alta*, ad Adduam Fl. celebris victoriâ Lud. XII. quæ Rem Venetam penè afflixit, hoc prælium dicitur aliter *Ghierra d'Adda*, quia Regio circumposita sic appellatur,

ADDVA GLAREA Leandro, Georgio Merula lib. 6. cap. 8. INSVLA FVLCHERIA, & sic vocant agrum inclusum inter Adduam & Serium fluuios, & montes Bergomates. In eodem tractu

CARAVAGIVM: *Carauaggio*, oppidum nobile victoriâ Francisci Sfortis Mediolanensium exercitus præfecto, qui Venetos hîc profigauit.

Melpum, seu Melci: *Melzo*; ad Fl. Melgolam *Mergora*, oppidum perantiquum, & olim opulentum in ditioe Triuultiorum.

Bicoca: nobis *la Bicoque*, vbi victi sunt Galli à Prospero Columnâ anno 1522.



Cassanum: *Cassano*, olim frequens oppidum, cum munitissimâ arce, sed bello Francisci I. & Caroli V. deformatum, Hic victus Actiolinus.

Cesatum: *Cesano*.

Abia Crassa: *Abia Grossa*, aliter Albiate Georgio Merulæ ad Ticinellum, seu Nautilium qui Mediolanum tendit: olim opulentum & nobile, sed bellis Gallorum & Hispanorum malè affectum.

Robeccum: *Robecco*, vbi prædictus Ticinellus ponte iungitur.

Curia Picta: *Corbetta*, ait Alciatus.

Sidrianum: *Sidriano*, quasi *sedes Desideriana* à Rege Longobardo Desiderio sic dicta.

Vittone: *Vittonuovo*, aliter Latinè Vicus Tadonis Alciato.

Maxenta, seu Maxitia: *Maxenta*, quod nomen alij trahunt à Maximo Æmiliano Imp. alij à Tyranno Maxentio.

Gorgongiola: *Gorgonzola*, ad quam Nautilus Marsenatæ ex Addua deriuatus ponte necitur, huncque illic decussat Fl. Mergola.

MONTIA: *Monza*, Paulo Diacono Modoentia, malè Moguntiacum à quibusdam recentibus Geographis. Aucta est & nobilitata à Theodorico Rege Gothorum: vastata, postea resecta fuit. Mos viguit diu vt hinc Imperatores coronam ferream acciperent. Data est à Carolo V. Antonio Leuz Hispano.

Tretium: *Trezzo*, ad Fl. Adduam munitissimum oppidum conditum cum ponte 1370. à Barnabâ Vicecomite.

Vauarum: *Vaprio*, aliter Vaprium, & Vauite dictum, non inhonestum oppidum.

Bripia, seu Briuium: *Briuio*, in Adduz ripâ.

Mogutium: *Moziana*, malè Moguntium, fortè & Mons acutus.

Alciatum: *Alzato*, aliis Alsiatum, quod improbat Alciatus, de quo multa in gratiam sui nominis Alciatus.

Vicus Martis, seu Vicus Mercatus ad Fl. *Morgora*, lautissimus pagus, vbi vetus inscriptio.

Parlasina: *Parlasina*, malè in Tabulis *Barlasina*, patria S. Petri Martyris Dominicani.

Dalmasium: *San-Delmasio*.

Lignanum: *Legnano*, vbi pons Oronam Fl. necit.

- MON-
TES. } BRIGANTINI: *Monti di Brianza*, ita dicti vt putat Leander à Græco *Βεῖδα extollo*, parùm probabiliter; nam hæc vox recens: vel ad similitudinem regionis quæ extenditur ad lacum Brigantinum *le Lac de Constance*: & sic dictos volunt, vt & regionem circumpositam, à militibus Friderici Ænobarbi, qui hinc vexauere Mediolanenses.
- FLV-
VII } Arnus: *Arno*, veriùs torrens.
- TER-
RI- } Ticinellus, seu Nauilius: *Ticinello*, seu *Nauilio*, Mediolanum deductus, & Addux iunctus, itémque auctus fluuiorum aliquot concursu.
- TO-
RII } Orona: *Olana*.
- ME-
DIO- } Lura: *Lura*, seu *Seuse*.
- LA-
NEN- } LAMBRVS: *Lambro* aquarum perpetuâ claritate nitens, & piscibus optimis abundans, quem perperam Blondus ex Lugano lacu effundit, veriùs ex Eupili, de quo postmodum agemus.
- SIS. } Melgola: *Mergora*.
- } Muccia: *Muccia*.
- } Silarus: *Silaro*.
- } Addua: *Addua*, de quo in agro Bergomate.


N V M. 3. *Territorium Comense, seu Regio Lario lacui circumposita.*

- LO-
CA } COMVM: *Como*, nobis *Come*, excisum est ab Anselmo Pusterulo Archiepiscopo Mediolanensi, quòd Antistitem ex eius arbitrio recipere nollet, & tum erat in edito loco positum; postea reedificatum est vbi nunc visitur ad laci ripam Castellum habet adiunctum dictum *Turris rotunda*: vrbs diues & deliciis affluens, incolæ industrij, & diligentes; patria fuit Pauli Iouij.
- IN
PE-
NIN- } Parafca: *Parafca* vicus celeberrimus.
- SVLA } Tornus: *Torno*, vicus in Promontorio à Comensibus aliàs pessimè acceptus.
- LA-
RII } Plinianum: *Pliniano*, olim Pliniana villa, de cuius fonte in Admirandis.
- } Belasium: *Belasia*, oppidum in extremâ peninsulâ situm, peramœnum & lautum.

Parall. Geogr. Tom. II.

G G g g g

- LA-CVS. { Affus pagus: *Affio*, vnde vallis Affina nomen traxit *Vall d'Affio*, fertilis admodum, & diues.
- LO-CA { Canobium: *Canobio*, patria Ioannis Canobini.
Balbianum: *Balbiano*, malè in Tabulis *Balbiaro*, è cuius regione sequens Insula
- AFFIXA { COMACENA: *Isola Comacina*, cuius fit mentio apud Paulum Diaconum, ad eam enim fugere multi Principes Longobardi & Romani cum suis thesauris, qui ab Antare Longobardorum Rege fame compulsi sunt ad deditionem post semestrem obsidionem.
- RIPÆ { Pianellum: *Pianella*, malè *Piadella*, cuius laudantur lapides molares, quorum hîc celeberrima lapicidina.
- OCCIDENTALI { Mussum: *Musso*, in præcelso & difficili monte quem Larius lacus eluit. Celebratur rebus gestis Iacobi Medicei ciuis Mediolanensis, qui præpositus custodiæ lacu à Francisco Sfortiâ II. sibi imperium huius vrbis arrogavit. Hinc quoque fuit Marchio Antonius de Leua Hispanus. Hic etiam lapidicinæ marmoris candidissimi.
- LA-RII. { Sorigum: *Sorigo*, in suprema penè parte lacu.
- LOCA AFFIXA RIPÆ { LEUCVM: *Lecco*, vbi ponte nobili iungitur Addua Fl. Quomodo autem venerit in ditionem Ducum Mediolanensium vide Leandrum. Hîc Addua ex aquis Larij tumet, vnde hîc à quibusdam lacus Leuci nominatur.
- OCCIDENTALI LA-RII LA-CVS. { Varrena: *Varena*.
- OCCIDENTALI LA-RII LA-CVS. { BELLANVM: *Bellano*, nobile oppidum, & splendidis ornatum ædificiis, & potissimum templo quod Duces Mediol. condiderunt. Habet & pontem ex lapide quadrato, quo iungitur Fl. *Piouerna*. Nunc titulum gerit Principatûs Sfondradorum Cremonensium.
- LA-CVS. { Arx Fontanensis: *le fort de Fuentes*, quâ sibi vindicare putabat Hispanus Tellinam Vallem, cuius causâ tantâ contentione dimicatum est.
- FLV- { ADDVA: *Adda*, Vallem Tellinam irrigat, quâ decursa cadit in Larium lacum, & ex eo copiosior emergit, ac demum in Padum cadit.



- sus in primis, & in tres præcipuos dissectus ramos, per
Tressam Fl. Verbanum committitur.
- GAVIRATIVS: *Lago di Ghiura*, per Botiam Fossam ca-
dit in Verbanum.
- GIO- TRINATIVS, aliter Ternati, & Terlacus, itémque
CORCINI & VARANI vt præmonuimus: *Lago di Ter-
na*, seu *Coregno*, seu *Vergia*, exonerat se in Gauratium;
pater in longitudinem ad stadia 16. in latitudinem ad
octo.
- NIS. MONATIVS: *Lago di Mona*, quem perperam Leander
immittit in Gauratium; nam cadit in Verbanum.
- MORGATIVS: *Lago di Margozzo*.
- ORTANVS, aliter D. IVLII, ab Insulâ de quâ suprâ: ho-
die vulgò *Lago d'Orta*.
- NVM. 5. *Nouariensis ditio*, Nouarese.
- LO- NOVARIA: *Nouara*, nobis *Neisare*, de cuius nomine vi-
de multa apud Leandrum. Vrbs est modico in colle
sita, ager eius partim amœnus, partim parum cul-
tus. Ad hanc captus Ludouicus Sfortia ann. Christi
1500. Hinc quoque nonnulli volunt oriundos Pe-
trum Comestorem, & Petrum Lombardum, seu
Magistrum Sententiarum.
- CA RIOTA Pagus: *la Riote*, prope Nouariam, ad quam fusi
Galli dum urbem obsident, Duce Triultio.
- AGRI ROMANIANUM: *Romagnano*, ad Fl. Sessiam, *Sessia*, victoriâ
Po. Ro. nobilitatum de Cimbris.
- NO- CAMARIANUM: *Camariano*, ita perperam dictum pro ca-
stris Marianis, vt putat Alciatus: vel vt melius alij ab
VA- Arcu Mariano, cuius vestigia extabant tempore
RIEN- Leandri.
- SIS. Romantinum: *Romantino*.
- FLV- TICINVS: *Tesino*.
VII. } Nouaria, seu Gonia Nouariensis: *la Gogna*.
Sessia: *Sessia*.
- MON- BOSVS: *monte Bozo*, cuius iugum sic eminet vt omnes
Italix montes excedere videatur. Quapropter eius
vertex adiri nūquam potest ob asperitatem, & niues.

- VIVS. { Piuernus: *Piuerna*, ad Bellanum cadit in Larium lacum.
Varrus: *Varro*, supra Piuernum cadit in eundem lacum.
- LA. { LARIVS, nunc Comensis: *Lago di Como*, nobis *le Lac de Come*; maximè truttis abundat: & si bene hunc dimensi sunt Angelus Mediolanensis, & Iulius Canobinus, eius longitudo ad 60. pas. millia porrigitur, cum tamen ei tantum Strabo ecc. stadia concesserit.
- CVS. {
- LACVS olim { Nunc oblimatus, { Pufianus: *Pufiano*, à vico adiacete.
EVPI. & in tres con- { Ceruianus, seu Segrenus, vulgò
LIS. uerfus, qui sic { *di Cerro*.
appellantur { Montorfenus: *Montorfeno*.

NVM. 4. Comitatus Angerie cum aliis Regionibus Verbano lacui affixis.

- VRBES { DOMODOSCELLA Castrum: *Domodoscella*, Oscella
AD FL. veteribus, honestum & frequens oppidum cum
ATHI- arce munitissimâ, mediâ in valle cognomine.
SONEM { VOCONIA: *Vogogna*, fortè veteribus Agonom, vnde
Tesa Fl. populi Agoni Polybio, ita Tschudus: muro septum
est oppidum cum arce permunita, & hinc quoque
vallis nomen habet.

- VR- { Varallum: *Varallo*, vrbecula satis lauta, ad quam mons
BES cuius fit mentio in vita S. Caroli Borromæi, qui hîc
AD vltimum morbum contraxit.
SES- Burgus Sessites: *Borgo di Sessa*; quidam hunc locum huic
SIAM. agro adiudicant, alij Vercellensi territorio.

- VR- { ARONA: *Arona*, Castrum munitissimum cum portu ad-
BES modum tuto, cui adiacet arx permunita, quod probatum
est in Gallicis bellis.
AD Lessa: *Lessa*, à littore nonnihil secreta, vino suo celebris.
Bugiratum: *Belgirato*.
- OCCI- { Strella: *Strisla*, è cuius regione duæ modicæ Insulæ,
DEN- tantum notæ piscatoribus.
TA- Feriolus: *Feriolo*, in monte ad ostium fluij Athifonis,
LEM cuius ager Intratio contributus est.

- R I- Palantius vicus: *Palanza*, cui obliquitur Insula S. Angeli,
Isola di Sant-Angelo.
- P A M Intratium: *Intra*, vnde Intratia vallis, oppidum sat lo-
cuples, ex quo vicinus ager ei assignatus est.
- L A- Canerum: *Canzero*, in amœnâ planitie situm frugiferis
arboribus confitâ, celebratur ex suis malis citreis,
medicis, & vino exquisito.
- C V S INSULA MALPAGA: nunc *Isola Vittaliana*, seu potiùs
multæ Insulæ simul connexæ, vbi quondam munitif-
VER- simum castrum Beccarij, fratrum Maciarditorum,
BANI quorum vnus Comes dictus est à Friderico II. illac
transeunte. Tandem Ludouicus Borromæus hîc ar-
cem Vitallianam excitauit.
- D I S- Canobius pagus: *Canobio*, honestæ potiùs ciuitatis spe-
ciem exhibet quàm pagi, ait Leander. Hîc anno 1322.
P O S I- imago Crucifixi sanguine sudauit, & sanguinem emi-
T Æ. sit ex latere, quibus prænunciata sunt mala Longo-
bardix. Hinc quoque valli nomen.
- Quæ sequuntur, Brisacum *Brisago*, Ascona *Asconna*, Lo-
carnum *Locarno*, sunt Helueticæ ditionis.
- V R- SEXTIVM: *Sesto*, paulò antequam Verbanus Ticinum
effundat; Leander ad primum emersum Ticini ex
B E S Verbanum collocat. Quidam Sexto Kal. nominati vo-
lunt, quòd eo die ad nundinas indigenæ conuenirent,
& sacra, quæ hîc fiebant in æde sacrâ Herculi, Mer-
A F F I- rito, Syluano, & omnibus diis, celebrabant.
- X Æ Arfagum: *Arfago*, paulò supra Sextium in Mediterra-
neis; quòd frigide aliqui in aram Cæsaris detor-
quent.
- A D ANGLERIA: *Angiera*, & *Anghiera* Comitatus, vel Vice-
O- comitatus antiquissimus, vnde orti Principes Me-
diolanenses; & an. 1397. Ioan. Galeatius III. à Ven-
RIEN- ceslao Imp. creatus est Comes Anglerix, & Regio-
num Verbano adiacentium. Olim mille passibus à la-
cu aberat: de eius Etymo vide Leandrum.
- T A- Ispratium: *Ispro*, luculentum oppidulum.
- Laucenum: *Laueno*.

LEM	Galeratum: <i>Gallerato</i> , aliter Area Gallorum.
VER-	Varescium: <i>Varesio</i> , aliis vicus Varonis, quibusdam
BANI	Varisium, Varisium, & Vallesium, à vallibus.
L A-	S. Maria Montana: <i>S. Maria del Monte</i> , locus magnæ
C V S	pietatis, vbi nobile virginum Monasterium.
R I-	Germinianum: <i>Germignano</i> , aliter Geminus lacus.
PAM.	Machaneum superius, & inferius: <i>Macagno di sopra</i> , & <i>di sotto</i> , loca sacra culta.
	Reliqua loca in Boream, vt Magadinum <i>Magadino</i> , Be-
	linciona, seu castrum Belincionis, <i>Bellinzona</i> , & alia
	oppida, & vici pertinent ad Heluetios, & aliàs de iis
	egimus.

LOCA AD
LACVM
LVGANVM

quæ quidem
sunt Heluetio-
rum, Dux ta-
men habet ali-
quot vicos ad
meridionalem
eius ripam.

LVGANVM: *Lugano*, nobile oppidum, & lucu-
lentum; olim cum arce munitissimâ, quæ ex-
scisa est.

Pons Tressæ: *Ponte del Tressa*, vnde effundi inci-
pit lacus Lucanus.

Caput Lacus: *Capo di Lago*.

Cacumen Lacus: *la Cima*.

Porletia: *Prolezzo*.

Gandrium: *Gandrio*.

Mili: *Mili*.

Agnotium: *Agno*.

Valsoldum castrum: *Valsoldo*, in colle 8. milli bus
à ripâ lacus, arx quondam nobilissima, diruta
à Mediolanensibus.

OPPI-

DA

AD

MI-

NO-

RES

Margotia: *Margozze*, monti insidens cognomini, qui &
dat lacui vicino nomen.

Orta castrum: *Orta*, vnde lacui nomen.

Insula D. Iulij: *S. Giulia*, vbi multa miracula patrantur
maximè in dæmonibus abigendis. Meminit Paulus
Diaconus Minulphi, Ducis huius Insulæ.

GAVIRATIVM: *Ghiura*, vnde lacui nomen ad os lacus,
vbi effunditur per Botiam fossam, seu fluuium.

Blendronium: *Biandrone*, ad prædictum lacum, oppidu-
lum est.

Barbia: *Brebbio*, ad appendicem prædicti lacus.

**L A-
C V S** Caput Laci: *Capo di Lago*, in parte extremâ Gauratij lacus.
 huius Monatium: *Mona*, vnde lacui nomen.
**Regio-
nis.** Trinatium: *Terna* } A quibus Lacus *Terna* tria accipit
 Corcinum: *Coregno* } diuerfa nomina à tribus illis op-
 Varanum: *Vergia* } pidis huic adiacentibus.
**FL V-
VII** TICINVS Fl. *Tefino*, oritur ex monte S. Gothardi, &
 Verbano receptus lacu, ex eo postea multis aquis au-
 ctus deuoluitur in Padum.
**CA-
DEN-
TES** Magia: *Maggia*, in Verbanum quoque cadit, & valli
 quam alluit nomen relinquit.
IN Treffa: *Treffa*, lacum Luganum connectit cum Verbano.
**VER-
BA-
NVM.** ATHISO: *Tefa*, vel *Tofa*, malè } Premiâ: *Premia.* } vnde
 in Historiâ Romanâ conuer- } Vedrum: *Vedro.* } Val-
 fus in Athesim Tridentinum, } Roniam: *Rogna.* } les
 quem Romani Catulo duce } Vefeam: *Ouesca.* } acce-
 reliquerunt. Oritur ex mon- } Anfum: *Anza.* } pere
 te S. Gothardi non procul à } Vegiam: *Vergia.* } no-
 Ticino, & cadit in lacum Ver- } Lifonium: *Lifò-* } mi-
 banum; recipit } gno. } na.
 Botia Fossa, vel fluuius: *Bozza*, quo connectitur Gaur-
 rarius lacus cum Verbano.
 Sessites, seu Sestis: *Sesita*, vel *Sessa*, vel *Senza*, & *Siccia*.
**LA-
C V S** VERBANVS: *Lago Maggiore*, dictus est Verbanus, aut à
 Verbena herba sacra, aut à vernâ temperie; alias
 etymologias apud Leandrum leges. *Maior* autem di-
 ctus est, quòd sit ex vicinis lacubus maximus, & quòd
 ex eo per Ticinum & Padum in mare descendere pos-
 sis. Species eius est limacis cornuti. *Longitudo* eius
**H V-
I V S** Straboni ccc. stadiorum est, Canobio per rectam li-
 neam cccxxx. Machaneo cccclxi. *Latitudo* ex Stra-
 bone *Maxima* stadiorum xxx. Canobio lvi. Ma-
 chaneo xxxiii. *Minima* vix mille passuum est, inquit
R E- Leander. Piscibus abundat perbonis: aliquando pla-
 cidus, aliquando sic tumens, vt mare videatur. *Qui-*
 busdam in locis eius fundus nõdum potuit explorari.
 LVCANVS, quibusdam LVCANVS: *Lago Lugano*, tortuo-

- sus in primis, & in tres præcipuos dissectus ramos, per
Tressam Fl. Verbanum committitur.
- G I O- GAVIRATIVS: *Lago di Ghiura*, per Botiam Fossam ca-
dit in Verbanum.
- TRINATIVS, aliter Ternati, & Terlacus, itémque
CORCINI & VARANI vt præmonuimus: *Lago di Ter-
na*, seu *Coregno*, seu *Vergia*, exonerat se in Gauratium;
patet in longitudinem ad stadia 16. in latitudinem ad
octo.
- N I S. MONATIVS: *Lago di Mona*, quem perperam Leander
immittit in Gauratium; nam cadit in Verbanum.
- MORGATIVS: *Lago di Margozzo*.
- ORTANVS, aliter D. IVLII, ab Insulâ de quâ suprâ: ho-
die vulgò *Lago d'Orta*.
- N V M. 5. *Nouariensis ditio*, Nouarese.
- L O- NOVARIA: *Nouara*, nobis *Neisare*, de cuius nomine vi-
de multa apud Leandrum. Vrbs est modico in colle
C A sita, ager eius partim amœnus, partim parum cul-
tus. Ad hanc captus Ludouicus Sfortia ann. Christi
AGRI 1500. Hinc quoque nonnulli volunt oriundos Pe-
trum Comestorem, & Petrum Lombardum, seu
Magistrum Sententiarum.
- N O- Riota Pagus: *la Riote*, prope Nouariam, ad quam fusi
Galli dum urbem obsident, Duce Triultio.
- V A- Romanianum: *Romagnano*, ad Fl. Sessiam, *Sessia*, victoriâ
Po. Ro. nobilitatum de Cimbris.
- RIEN- Camarianum: *Camariano*, ita perperam dictum pro ca-
stris Marianis, vt putat Alciatus: vel vt melius alij ab
S I S. Arcu Mariano, cuius vestigia extabant tempore
Leandri.
- Romantinum: *Romantino*.
- FL V- TICINVS: *Tesino*.
V I I. } Nouaria, seu Gonia Nouariensis: *la Gogna*.
Sessia: *Sessia*.
- MON- BOSVS: *monte Bozo*, cuius iugum sic eminet vt omnes
Italix montes excedere videatur. Quapropter eius
vertex adiri nūquam potest ob asperitatem, & niues.

TES } GACIARONVS: *Monte Gaciarono*, parisi ferè cum superiore celsitudinis, famosus Dulcini hæretici secessu cum uxore suâ Margaritâ, & quingentis aliis: coactus est ciborum penuriâ, & frigore sese dedere. In loco quem occuparat condita est ædes D. Bernardo sacra.

NVM. 6. *Viguanensis Ager*: Viguanasco.

VR- } VIGEVANVM: *Vigevano*, effecta ciuitas à Clemente VII. an. 1530. in gratiam Franc. Sfortiæ II. quidam vicum Veneris nominant, quidam Vegliuenum, Volaterranus Vegiuenum. Fabulam sapit quod scribit Carinus conditam esse à M. Marcello post deuictum Viridomarum, nam noua ciuitas est. In eâ habitauerunt aliquando Duces Mediolanenses. Malè multata est bellis inter Carolum V. & Franciscum I.

VA- } SFORTIACA prædium: *Sforcesca*, in tabulis corruptè *Sforcesca*, villa peramcena à Ludouico Sfortia Duce constructa. In eam perducta fuerunt duo incilia, vnum ex Ticino, alterum ex Nouariâ fluuiis.

NEN- } Gambolate: *Gambalo*, pagus lautus, & nitidus; locum putant aliqui apud Amm. Marcel. lib. 15. vocari Ad Columnas, non improbabiler.

SIS. } Langosca: *Langosca*, ad Fl. Sessiam.

FLV- } TICINVS: *le Tesin*.

VII. } NOVARIA: *la Gogna*.

Albunea: *Albonca*.

Terdopius: *Terdopio*.

NVM. 7. *Ticinensis Ager, seu Papiensis, Territorio di Pavia, vel Pauesc.*

VR- } PAPIA, olim Ticinum: *Pauia*, nobis *Pauie*, de huius origine vide fabulas si otium est apud Leandrum. Sed quomodo vox *Ticinum*, immutata est in hanc *Papia*? Luitprandus ait sic dictam à particulâ admirationis *Pape*, quòd mirabili rerum copiâ abundet; alij quasi *Patri Pia*, alij à Papyrio Regis Francorum nepote;

Parall. Geogr. Tom. II.

HHhh

- meræ fabulæ. Fuit quondam Regni Longobardorum fedes, & ab eis egregiè exulta fuit. Hic visitur equestris statua quam vulgus vocat *Regis Solis*; ea ex Ra-uenna delata est. Data fuit sub titulo Comitatus Ducibus Mediolanens. à Veneslao Imp. Ager eius tam fertilis, vt communiter dicatur *il Giardino di Milano*.
- TER- Certosa: vulgò *la Certosa*, domus Carthusiana, opus mirabile, condita à Ioan Galeatio Vicecomite. Inter hanc & Papiam Viuarium quadrata forma xx. mil. Italic. quod vulgò nominatur *il Barro*.
- RI- Belgiosium: *Belgiosio*, opulentum & lautum castrum in ditione Comitum Barbianorum, qui originem trahunt ab Alberico Cuniate de quo postea dicemus.
- TO- LAVMELLVM: *Lumello*, olim amplum & nobile oppidum, vnde nomen Agro Laumelino, vulgò *Lumeliana*, de cuius terminis non satis liquet; nam à quibusdam extenduntur, ab aliis contrahuntur. Hodie parum frequens est ædificiis, & eius Ager multis pagis nitet, & vt olim lino abundat.
- PIEN- MORTARIA, seu Mortarium: *Mortara*, ad Fl. Alboneam. Olim Sylua bella dicebatur, sed cum Carolus Magnus hinc grandi clade Longobardos affecisset nomen mutauit: vrbs sæpe euerfa est, sæpe reparata.
- SIS. Burgus Francus: *Borgo Franco*, ad Padum.
- FLV- TICINVS: *Tesino*.
- VII Graualonia Fossa: *Canal Graualoné*, ex amne Ticino ducta duorum circiter miliarium, quâ hinc Insula formatur, è regione Papiæ.
- PA- Orona: *Olonà*.
- PIEN- Terdopia: *Terdopia*.
- SIS Albonea: *Albonea*.
- AGRI Gonia: *la Gogna*.
- Sessites, seu Sestis: *Sessia*, seu *Sesia*, aut *Senza*, aut *Siccia*.
- PADVS: *le Pô*.

NVM. 8. *Laudensis Ager*, Lodigiano.

- VR- LAVDA: *Lodi*, de cuius conditore vide multa apud Blondum, & Leandrum. Euerfa est à Mediolanensibus.

BES bus 1158. ciuésque in varias vrbes distributi, ne vnquam coirent; quæ calamitas durauit annis 46. ad tempora Friderici Ænobarbi. Hic enim ex odfo Mediolanensiu assignauit eis locum vrbi reparandæ; lapide ab antiquæ vrbis ruinis; & vrbi designandæ cum procerum coronâ præfens esse voluit. De variis eius Dominis videatur Leander. Dedere se voluit Venetis, id nunquam potuit consequi. Sita est in agro fertilissimo, ad fluium Adduam.

AGRI } Lauda Vetus: *Lodi Vecchio*, ad Fl. Silarum *Silaro* qui cadit in Lambrum.

Castrum D. Angeli: *Sant-Angelo*, nobile oppidum, ex cultum à Reginâ Scaligerâ Barnabæ Vicecomitis vxore: possidetur à Bologninis nobili familiâ.

LAV- } Fanum D. Columbani: *San-Columbano*, conditum à Friderico Ænobarbo 1164. vt in eo degerent Imperatores. Bello inter Carolum V. & Franc. I. deformatum est: nunc possidetur à Carthusianis Papiensibus.

DEN- } Casale Pusturlencum: *Casal Pusturlengo*, pulcherrimus, & frequentissimus Burgus, à nobili familiâ Mediolanensi Pusterularum nomen accepit.

Coroneum: *Codogno*.

Camaracum: *Camareza*.

Macca Storma: *Macca Storma*, in historiis celebre oppidum: malè in nouis tabulis *Macca Storma*.

SIS. } Castellum nouum: *Castro Nuovo*, non procul ab ostio Adduæ in Padum, conditum à Mediolanensibus, & Placentinis, subuersum an. 1189. ac deinde à Parmensibus in gratiam Cremonensium restauratum.

PADVS: *le Pò*; hîc Adduam hauriens.

ADDVA: *Adda*; Laudam alluens.

FLV- } Silarus: *Silaro*; ad quem Lauda vetus.

VII. } Lambrus: *Lambro*; Silarum excipiens.

Mucia: *Muzza*; cadens in Adduam.

Zorlestus: *Zorlesto*; alluens castrum Pusturlencum.

N V M. 9. *Ager Cremonensis, Cremonese.*

CREMONA: *Cremona*, nobis *Cremona*, de cuius nomine vide Leandrum, sicut & de eius variis cladibus. Turrim habet celeberrimam, vnde prouerbiū *una turris in Cremonâ*; item & arcem magno præsidio firmatam. Distat à Pado 1500. passibus, cuius tamen inundationes sentit: eius ager omnibus rebus ad delicias abundat.

PLATINA: *Piadena*, nomen habet vè vult Platina in Vitis Pontificum à Ioanne Platinâ Exarchâ Rauennate, qui Theodoro successit, ex quo familiam suam prognatam credit: fides sit penes auctorem, in aliis non semper fide dignum.

Casale maius: *Casale Maggiore*, non inhonestum oppidum, bellis Mediolanensibus attritum, sed à Pado grauius afflictum.

Martiniana: *Martignana*, versus Padum.

Ripariolum: *Rinaruolo di dentro*.

Fanum S. Ioannis in Cruce: *San Gioanni in Croce*.

Castellum Francum: *Castro Franco*, versus Ollium Fl.

Scandolaria: *Scandolaria*.

Monasteriolum: *Monastiruolo*.

Insula Diarefi: *Isola di Donaresi*, ad Fl. Ollium.

PICELEO: *Picighitone*, lautum, opulentum, & frequens oppidum: vbi munitissimam arcem Philippus Maria Dux Mediolanensis excitauit. Ad eam deductus est Franciscus I. captus ad Papiam.

CASTRVM LEONIS: *Castro Leone*, locus satis munitus.

Triuoli: *Trigolo*.

Casale Moranum: *Casal Morano*.

Casale Botranum: *Casal Buttana*.

SONCINVM: *Soncino*, ad Fl. Ollium frequens oppidum populoque refertum: euersum olim à Friderico Ænobarbo 1124. & instauratum; iterum 1192. incensum à Mediolanensibus, & rursus reparatum. Hic mortuus est Aetiolinus tyrannus. Varios expertum dominos concessum est Marchionatus titulo Stampis Mediolanensibus.

Fontanella: *Fontanella*, ad caput Insulæ quam efficit Nauilius communis.

VRBES AGRI CREMONENSIS.

- FLV. } Serius: *Serio*.
 Ollius: *Oglio*, territorium Brixianum ab hoc dirimens.
 VII. } Nauilius Communis: *Nauilio della Communita*.
 Nauilius Palauicinus: *Nauilio Palauicino*.
Tabulam huius agri habes insertam agro Mantuano, Mutinensi, &c.

NYM. 10. *Territorium Alexandrinum, seu Alessandrinese, vel Alessandrese.*

VRBES AGRI ALEXANDRINI

ALEXANDRIA, cognomento à Palea: *Alessandria della Paglia*, quam sic dictam volunt quòd hic Imperatores Coronam stramineam reciperent: nugæ. Condita est an. 1178. à Mediolanensibus, Cremonensibus & Placentinis contra Fridericum, & eius socios, dictaque Cæsarea. Sed cùm obsidionem pertulisset fortiter à Friderico, Alexander III. in gratiam indigenarum ei dedit Episcopum, & de suo nomine Alexandriam dixit.

Burgolium: *Borgo*, ab vrbe prædictâ tantùm Tanaro Fl. diremptum oppidum, aut suburbium veriùs.

Buſca, & Boſcum, & Buca: *Bosco*, non ad Fl. Bormiam vt vult Leander, sed *Orba*: oppidum est non inuenustum, olim vnus ex Marchionatibus septem Alerami.

Castellutium: *Castelluzzo*, non procul à Tanari & Bormiæ confluentiis, olim Gamundium dictum, ait Leander; cuius incolæ primi omnium Alexandriam commigrarunt, tamen sine patriæ suæ damno.

Rupes Annonis: *Annone*, castrum firmissimum, vulgò dictum ab indigenis *Noni*, seu *Non*.

Fœlicinum: *Feliciano*, ad Tanarum amnem.

Bassiniana: *Basigniana*, ad Tanari in Padum confluentias. Hic Tanarus olim ponte ligneo iungebatur; ad quem receptus Cardinalis Medices, qui postea Leo X.

Valentia: *Valenza*, in monte sita.

Retortum: *Retorto*, monti quoque affixum.

Cassellæ: *Cassine*, olim Cassinum, lautum & opulentum castrum magnis operibus munitum à copiis Caroli V. Imp. quare propugnaculum fuit contra Gallos, Venetos,

HHh hh iij

& Sfortiam simul iunctos.

Spinense Castrum: *Castro della Spina*.

FLV.

TANARVS: *Tanaro*, & *Tanero*, ex nexu Apennini & Alpium egreditur de triplici riuo. In eo auri ramenta inueniuntur, ex quo se vidisse torquem ait Volaterranus.

VII.

BORMIA: *Bormia*, duplici ex fonte oritur, atque satis diu duplici alueo fluit, & ad Alexandriam Tanaro miscetur.

Orba: *Orba* mixtus Bormiæ cadit in Tanarum.

Lemus: *Lemo*, cadit in Orbam.

N V M. II. *Agex Dertonensis*, *Tortonese*.

VRBES AGRI DERTONENSIS.

DERTONA: *Tortona*, de cuius nomine vide Leandrum: pene desolata erat tempore Leandri, nunc nonnihil reffloruit; ad Scriuiam fluuium iacet.

Castellum Nouum: *Castro Nuovo Tortonese*, à Gothis conditum cum Dertonam tenerent, habebantque horreum, & rei frumentariæ magnum præsidium.

Sale: *Sale*, non inhonestum oppidum ab iisdem Gothis eodem tempore conditum in agro peramœno non procul ab ostio Scriuiæ in Padum.

Serrauallis: *Serraualle*, ad Fl. Scriuiam, sic dictum quòd claudat angustias huius tractus quasi Serâ, quare scribendum esset Serauallis. Iuxta hanc ostenduntur rudera vrbis antiquæ Iriæ.

Arquatam: *Arqua*, ad prædictum Fl. Scriuiam.

Castrum Gibellinum: *Castro Gibellino*, à Mathæo Vicecomite Mediolani conditum 1313. sic dictum in gratiam Gibellinæ factionis, vt eum locum frequentarent, & alacrius contra Papienses tutarentur. Subuersum est Padi violentiâ, sed reparatum.

Vicheria, aliter Vogheria: *Voghera*, oppidum diues & opulentum, Vermiorum patrimonium.

Ripa: *Ripa*, ad torrentem Stafforam.

Retorbium: *Retorbio*, castrum in colle situm.

Pons Curonis: *Ponte Corone*, ad Fl. Curonem, *Corone*, vbi etiamnum vestigia pontis supersunt.

FL V. } Scriuia: *Scriuia*, ad castrum Gibellinum Pado iungitur.
 VII. } Curone: *Corone*.
 Staffora: *Staffora*, veriùs torrens quàm fluuius.
 Vera: *Vera*.

N V M. 12. *Bobbiensis Ager*, Bobbiese.

V R. } BOBBIVM: *Bobbio*, in Apennini iugo ciuitas vbi nobile
 BES. } S. Galli Cœnobium, à D. Columbano Gotho conditum, ex quo Monasterio ciuitas accreuit. Huic cognominem aliqui faciunt urbē supra Nicæam; errant, hæc enim Boglio dicitur, nobis vulgò *Bueil*. Leandrum lege, & de eius dominis aliquid ediscas. Sita est hæc ciuitas ad Trebiam Fl.
 Rossariolum: *Rossaruolo*, ad prædictum amnem.
 Castellum verus: *Castro vetro*, in iugis Apennini.

FL V. } TREBIA: *Trebia*, non inde procul oritur, & paulò supra
 VII. } Placentiam in Padum influit.
 Tidonius: *Tidone*, non procul à Bobbio existit.

De Marchionatu Finarij *Final*, & Pontremolensi ditione, quæ sibi Hispanus afferuit, pendētque ex Prorege Mediolanensi vtpote viciniore, in ditione Genuensium dicemus cap. 4.

§. 2. *De ditione Ducis Sabaudie in Italiâ.*

OFFERT sese nobis egredientibus ex Ducatu Mediolanensi ditio Italica Principis inter Europæos post Franciæ Regem antiquissimi, cuius familia xxviii. Principes legitimos edidit, xvii. Comites, xii. Duces. Quæ matrimonio octies iuncta est cum Imperatoribus, quinquies cum Regibus Franciæ, decies & quater cum Principibus Regij sanguinis Franciæ, quinquies cum domo Austriacâ, semel cum Regibus Aragonum, bis cum Regibus Castellæ, & Legionis, bis cum Regibus Portugalliæ, semel cum Regibus Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Cypri, Bohemiæ, ter cum Regibus Siciliæ atque Hierosolymorum.

SECT. I. *Historica huius Regionis.*NUM. I. *Nomen.*

REPERIMVS primùm *Marchiam Italiae* dictam esse, cuius & Principes dicti sunt *Marchiones*, quorum initium quidam ad *Carolum Magnum* referunt: quare etiam in praesentiâ *Dux Sabaudiae* hunc suis titulis adscribit, *Marchio Italiae*.

Dicitur etiam aliquando vno nomine totus hic tractus (si *Comitatum Nicææ* excipias, inquit *Boterus*) *Pedemontium*, quia ad radicem, seu pedem *Alpium* extenditur; complectitur tamen plerasque alias regiones, quarum tibi *synopsin* offero, etiam sequentibus profuturam.

PEDE-	PRINCIPATVS	PEDEMONTIUM: <i>Turin.</i>
MON-		
TIVM	PEDEMONTII	MARCH. EPOREDIÆ: <i>Yurée.</i>
	cum insertis.	DOMI. VERCELLENSE: <i>Vercèil.</i>
L A-	MARCH. SALVTIARVM: <i>Saluffes.</i>	COM. ASTENSIS: <i>Aste.</i>
TIVS		
	cum insertis	Colles Ligurum: <i>les Langhes.</i>
SVMP-		March. Ceua: <i>Ceua.</i>
TVM.	MONSFERRATVS SABAVDICVS: <i>Trino.</i>	
COMITA-	VICARIATVS NICÆÆ: <i>Nice en Prouence.</i>	
TVS	VICARIATVS BARCELLONÆ: <i>Barcilonette.</i>	
NICÆÆ,	VICARIATVS SOSPELLANVS: <i>Sospello.</i>	
cui inferitur	VICARIATVS PVERINVS: <i>Poggiet.</i>	
Com. Tendæ	VALLIS S. STEPHANI: <i>San-Steffano.</i>	

NUM. 2. *Quantitas huius ditionis.*

TOTA hæc Regio, hoc est *Pedemontium* latè sumptum vnâ cum *Nicææ Comitatu*, inter *Alpes*, *Ducatum Mediolanensem*, & *oram Genuensem* iacet.

Longitudo eius desumpta à *Monte Cenisio le Mont Cenis*, ad confluencias ferè *Sessia Fl.* Gradum vnum complectitur cum quadrante

drante maioris circuli hoc est 67. millia passuum cum quingentis passibus, nostrates leucas 33. cum $\frac{1}{4}$, Germanicas sexdecim cum dimidiâ, & 500. passibus.

Latitudo autem porrigitur à Nicæâ *Nice en Provence*, ad Minorem S. Bernardum, *le petit S. Bernard*, continetque duos gradus cum dimidio, hoc est 150. millia passuum, leucas Francicas 75. Germanicas 37. cum dimidiâ.

De eius *Ambitu* statui non potest, quia ab aliis regionibus vicinis crebris angulis denormatur, easque deformat.

N V M. 3. *Qualitas huius Regionis.*

PEDEMONTIVM reliquas regiones Italiae fertilitate dicitur superare. Abundat autem frumento, vino, fructibus, carnibus domesticorum animalium & ferarum, caseo, castaneis, cannabi, lino, metallis. Fertilitatis eius summæ maximum argumentum quod cum in eo Galli & Hispani 23. annis magnis utrimque furoribus bellum gessissent, nullus unquam exercitus laboravit ciborum inopiâ, numquam indigenæ caritatem annonæ sint experti.

COMITATUS NICÆÆ, licet solum habeat asperum, ita tamen cultus est, ut nullâ re indigeat. Nicææ tamen circumpositus ager ob asperitatem montium frumento caret. Tota Regio naturâ munitior, tum quia ubique calles angusti, tum quia præsidia plurima tumulis, & collibus affixa sunt. Hic quoque palmæ feliciter crescunt, & dactylos plurimos darent si accederet cultura, hæc autem deficit, quia ex Barbariâ vili pretio accersuntur.

IN GENERE hæc vulgò laudantur in Regionibus illis Subalpinis.

Sericum conficitur potissimum Carignani, & Raconisij, ob pulcherrimas illic, & creberrimas Moros.

Semina ad tingendas lanas dat ager Cherientis, *Quiers*.

Piper acutissimum crescit in agro Cavanensi *le Cavanez*, & meritò omni piperi Italico antepositur.

Agaricum Pedemontanum meritò reliquis antefertur.

Herbe Medicæ, & *flores exquisiti* hinc efferuntur.

Metallicæ omnis generis: nostrâ memoriâ supra centum à nobili Germano, quem Dux euocarat, detectæ sunt, auri, argenti, ferri, æris quod hic copiosum, & præstantissimum, ac denique calcanthi *de Vitriol.*

NUM. 4. *Mores Subalpinorum.*

AD merces distrahendas facti sunt huius regionis incolæ. Milites optimi, & aptissimi ad insidias collocandas: peritissimè ex equis Nobilitas pugnat. Deliciis dediti sunt ferè, propter regionis amœnitatem. In principem suum optimè affecti sunt, cui vivere, cui mori, cui bonorum iacturam pati gloriosum ducunt: ad scientias valde idonei sunt, licèt pauci eorum literis incumbant.

NUM. 5. *Quomodo Sabaudica ditio accreuerit.*

SEMENTIS huius ditionis fuere Sabaudia, & Mauriena vallis, quæ cessere Beraldo, aut eius filio cum Arelatense & Burgundicum regna defecere. Marchionatus Segusinus ab Adelaïde vxore Amedæi primi additus est. Sub Amedæo III. Comitatus Geneuensis factus est clientelaris, ac demum per nuptias omnino adiunctus est. Ducatus Augustanus tunc temporis accesserat, siquidem concessus est hæreditarius Aymoni quarto filio Thomæ. Sub Amedæo filio Thomæ Comitis Flandriæ, & Sabaudia eius vxor Sibylla Bressiam cum agris adiacentibus attulit. Quando accesserit Pedemontium non facile statui potest: dicunt Galli fuisse de patrimonio Comitis Prouinciæ, & ablatum Ioannæ anno Christi 1363. Humbertus I l. dicitur in quibusdam titulis Marchio Italiæ, cum paulò antè fiat mentio Othonis Marchionis Italiæ quem Adelaïs mortuo marito Amedæo primo duxit. Agnes Fociniaci *Foucigny*, hanc regionem attulit Petro auunculo Bonifacij. Quomodo Montemferratum sibi vindicat postea dicemus. Sub Amedæo VI. Fridericus Marchio Salussiarum rebellauit, sed sese turpissimè submittere coactus est. Asta, Vercellæ, Querium potentissimæ olim Republicæ bellis attritæ sese spontè submitserunt, vt hîc taceam de Marchionatu Eporediæ cuius Principes olim potentissimi fuere, & tres vltimi Principes eius Imperij speciem occupauere. De Romanensi, seu Vallensi agro *le pays de Vaux*, Philippus frater Petri cum Imperatore Rodolpho acriter dimicauit; sed demum pace inita, in Sabaudicâ ditione satis diu perseuerauit.

NUM. 6. *De iuribus quæ sibi vindicat Sabaudus in presentia.*

Primum ius sibi vindicat in REGNUM CYPRI, cuius etiam no-

men suis titulis adscribit, quia Ludouicus filius Amedæi VIII. seu Pacifici duxit Annam Lusignanam filiam Iani Regis Cypri, Hierosolymæ, & Armeniæ: Iano successit Ioannes qui reliquit Iacobum nothum factum Episcopum Nicosiæ, & Carolam quæ nupsit Ludouico Comiti Geneuensi fratri Amedæi IX. & filio Ludouici supradicti. Is Ludouicus cum Carolâ coronatus est Rex Cypri, sed expulsus est à Iacobo Notho Ioannis, ope Sultani Ægyptiaci, atque Venetorum. Is Iacobus duxit nobilem Venetam quæ ei successit, & eâ mortuâ Resp. Veneta hoc regnum occupauit. Carola ergo spoliata, primùm testamento hâc Insulam reliquit Ludouico marito suo, deinde Carolo Duci Sabaudiaë nepoti suo.

Secundum ius in Ducatum, seu Marchionatum MONTISFERRATI, quia Theodorus Marchio Montisferrati dedit filiam suam Yolandam, seu Violandam, Aymoni Duci Sabaudiaë, eâ lege ut mares nati ex filiâ, anteponebantur fæminis de se prognatis, cum ergo mares Palæologi defecerint credit Sabaudus ad se ditionem illam deuolutam esse. 2º. quia Dux quidam Montisferrati adiutus à Duce Sabaudiaë contra Ducem Mediolanensem, ei submitte sese sponte. 3º. denique quia propter dotem Blanchæ quæ nupsit Carolo I. Duci Sabaudiaë, quæ cum non fuerit persoluta, neque eius fructus, vix magna pars Montisferrati nomina hæc dissoluere possit: quid autem eâ de re iudicari Imp. Carolus V. dicemus in Monteferrato. Anno 1631. Victor Amedæus, pace inita Cherasci, non leuem Montisferrati partem obtinuit.

Tertium ius in BELGIUM *les Pays-Bas*: quia Belgium datum est à Philippo II. Isabellæ Austriacæ, at illa soror erat germana Catharinæ Michaëlis, ex quâ natus Victor Amedæus, Philippus autem I V. repræsentat Philippum tertium qui tantum ex patre frater erat Isabellæ: vide hanc quæstionem pluribus ventilatam tomo 20. Mercurij Franciæ. Ut hîc omittam quæstionem hîc quoque excussam de multis bonis mobilibus, & immobilibus quæ sibi acquisierat Isabella, in quorum partem minimum Sabaudus hæres venire debebat. Nam quod ad Belgium attinet eâ conditione tantum datum erat, ut deficiente prole ad Hispanicam ditionem rediret.

Quartum ius in REGNUM LUSITANICVM ob Beatricem filiam Emanuëlis Lusitaniaë Regis quam duxerat Carolus III. Dux Sabaudiaë, ex quâ suscepti Duces Sabaudiaë.

Quintum ius in ACHAIAM: nam Philippus Sabaudus Thomæ 3. filius Iambem filiam Principis Achaïæ duxit, ex quâ suscepit Iambum filium Achaïæ Principem: & ab hoc inchoata est familia Principum Pedemontij, & Achaïæ, quæ vix 100. duravit annos, sicque eorum ditio ad Ducem Sabaudia deuoluta est.

De *Ciuitate Geneuensi, Vallensi agro, seu Romanensi*, nemo est qui dubitet in hæc iuris habere aliquid Sabaudum, cum hic à Bernatibus ei sit ereptus sub Carolo III. quando etiam Geneuenses ciuitatâ verâ religione legitimum quoque Principem eiecere.

N V M. 7. *Quid sibi iuris vindicet in has regiones Rex Francia.*

FRANCI putant Sabaudum iniustè possidere quinque eius ditionis partes.

Primo, NICÆAM, & VILLAM-FRANCAM quondam Appendices Comitatus Prouinciæ. Datæ enim sunt à Ioannâ Ludouico.

Secundo, PEDEMONTIVM quod volunt esse patrimonium Comitatus Prouinciæ, & primò ablatum Ioannæ anno Christi 1363.

Tertiò, PARTEM COMITATVS ASTENSIS, quam contendunt esse familiæ Aurelianensis, & in dotem cessisse Valentinae filia Galeatij.


Quarto, MARCHIONATVM SALVSSIARVM, quem volunt fuisse partem Delphinatus, sed Bressiâ hunc agrum pensauit.

Quintò, MAGNAM PARTEM SABAVDIÆ, quam aiunt debitam fuisse Ludouicæ matri Francisci I. videlicet illam negant excludi potuisse ab iis bonis quæ fæminis debentur.

N V M. 8. *De Principibus huius ditionis.*

TRAXERE originem Principes isti ex Amedæo Saxone nobili, cuius filius fuit Humbertus, ex quo natus Hugo Marchio Italiae, ex Hugone Beraldus qui Burgundici & Arelatensis Regis exercitibus præfuit. Hoc regno dissipato, & in varios Dominos distracto Sabaudia & Vallis Mauriena, Imperatore assentiēte, huic familiæ additæ sunt, quasi fermentum maioris ditionis, vt suprâ ostendimus; cui præfuere 17. Comites, quorum nouem etiam Chablafij & Augustæ Duces fuerunt. Deinceps Duces dicti sunt; horum primus Amedæus octauus cognomento Pacificus, seu Salomon, quem Sigismundus Imp. Cameriaci creauit Ducem. Is mortuâ vxore Ripalliam cum sex equitibus S. Mauritij quos creatat, se-

cessit, unde extractus est à PP. Concilij Basileensis qui Eugenium IV. exautorarant, Felixque dictus: sed tantam dignitatem deposuit tantum ut pacem Ecclesiæ redderet: eius tibi Stemma proponimus.



iiiiiiii

NVM. 9. *Politia huius ditionis.*

Hic Status planè Monarchicus est, vt & Principi titulus Altitudinis Regiæ conceditur: certè Curiæ eius magnum Regem sapit, seu eius Prætorianos milites, seu mensam, seu capellam spectaueris. Filius eius primogenitus Princeps Pedemontij nominatur. Eligit sibi Consilium, Cancellarium, & ex 3. ordinibus Ecclesiasticis, Nobilitate, & Magistratibus prudètes viros, ex quorum consilio ditiones suas administrat. Triplici Curiâ suis ius dicit, Cæmariacensi, Turinensi, & Nicæensi. Olim exercitibus vnus præerat Marecallus, sed eam dignitatem prudenter extinxit Emanuel Philibertus, & in varios Præfectos diuisit, vnus peditibus omnibus præest, tres equitum Magistri Sabaudorum, Pedemontanorum, & exterorum: duo apparatus bellici Præfecti, *Maitres de l'Artillerie* Sabaudus, & Pedemontanus.

ANNVI REDITVS sunt ferè sex millionum argenti, vel duorum auri, vt vulgò loquuntur. Quamquam Duces hi dicant subditorum suorum benevolentiam sibi pro ingenti gazâ esse. Certè Carolus Emanuel ex vno Pedemontio paucis annis duodecim milliones auri abstulit.

Pacis tempore alit ferè militum quatuor millia. Si res exigeret triginta peditum expeditissimorum millia, equitum tria millia scribere posset.

Quatuor triremes ferè semper paratas habet in portu Villæ-Francæ, quibus equites S. Mauritij, & S. Lazari imponit; his equitibus Dux ipse præest. Hæ triremes Melitenibus iunctæ non parum negotij barbaris facessunt. Si tamen res postularet plures armaret, plures instrueret.

NVM. 10. *De Masseranensi, & Bogliensi Dynastis, & aliis minoribus in hanc ditionem inseriis.*

MASSERANENSIS PRINCEPS *Prince de Masserano*, qui à Pontifice pendere dicitur, ditionem suam insertam habet in Agrum Vercellensem, & cum Ducatu Mediolanensi minimâ sui parte connectitur: Regio eius aspera, & syluis obducta, sed metallis diues, & annuus eius reditus centum librarum millia dicitur superare:

aliquot locis potitur quibus præcellit Crepacorium *Creuecœur*.

BOGLIENSIS DYNASTA, à quibusdam Bobiensis, anno 1617. erat Hannibal Grimaldus Comes, & Baro. Is bello quod gerebatur inter Sabaudum & Hispanum dederat se in clientelam Galliarum Regis, sed conuictus est anno 1616. conuenisse cum Hispano in Sabaudi perniciem; quare captus & damnatus per Senatum & Governatorem Nicæensem capite pœnas luit, Ducis fisco adiudicata preciosa & plurima suppellex, eius ditio Nicææ Comitatus addita, licet reclamaret ex Franciâ filius eius qui duxerat filiam Comitis de Tauanes, neptem D. du Mayne. Præerat hic Dynasta 22. quâ oppidis, quâ pagis, ex quibus sexdecim aureorum millia recipiebat, & stabat semper à Gallicis partibus. Audio tamen ætate nostra mortuo Victore Amedæo, rebûsque in Pedemontio turbatis, prædictum eius filium hæreditatem suam recuperasse, & eâ in præsentia potiri.

Dynasta RACONIGNIVS de *Raconis*, Italis *Raconigi*, septem quoque pagis aut oppidis præerat, & 15. millia aureorum ei pendebantur; partium quoque Gallicarum erat; quando & cûr Pedemontanæ ditioni accesserit, nescio.

Marchio EVANATOZZI è gente Spinola 12. aureorum millia annui reditus seponit, & Hispani cliens est.

SECT. I I. *Descriptio Geographica Pedemontanæ, seu Subalpinæ ditionis.*

IN duas ditiones, seu regiones præcipuas Subalpinæ regiones diuiduntur, vt præmonuimus, in Pedemontium latè sumptum, & Comitatum Nicæensem; Pedemontium in 4. iterum partes diuiditur: in Principatum Pedemontij cum infertis ei ditionibus, Marchionatum Saluffiarum, Comitatum Astensem cum infertis, & Montisferrati ditionem Sabaudicam: Comitatus verò Nicææ in 4. Vicariatus, & vnâ Vallem distinguitur, quæ omnia sequentibus numeris expedientur.

NUM. I. *Prima pars Pedemontij latè sumpti.*

PRINCIPATVS PEDEMONTANVS.

VRBES PRINCIPATVS

TAVRINVM : *Turino*, olim Augusta Taurinorum vrbs pulcherrima, & munitissima in agro feraci cum arce pulcherrimâ, in quâ puteus mirandi operis. Academiam habet inclytam, & hîc magna celebritate feruatur Sindon, seu Sudarium quo Christus mortuus inuolutus est, & hîc ostenditur magnâ cum religione. Adiunctum habet viuarium 5, aut 6, millium ambitu; Principum delicia, hîc enim ferè semper Princeps commoratur, vnde vrbs in dies pulchrior & magnificentior euadit.

Mille flores : *Mirafior*, nobile Ducis palatium duobus ab vrbe millibus tantùm distat.

Clauasium : *Chiuaso*, nobis *Chiuas*, ad Padum, non procul à Fl. Orco, oppidum non immunitum.

PINAROLIUM : *Pignerol*, ad Fl. Chisonium *le Chison*, pernobile & luculentum oppidum, iam additum ditioni Gallicæ & redemptum à Sabaudis, sicque firmatum, vt sit ab hac parte Franciæ propugnaculum, viâque sic munita, vt nihil Romanam magnificentiam & diuitias exigas.

Pragelatum : *Pra-* Vallibus dedere nomina, & nostra at-
gellasse te celebratæ sunt bellis hîc gestis at-
Petrofa : *la Peruse* que confectis.

CAVORTIUM : *Cauorte*, nobis *Cauours*, locus munitus muro lateritio, & vice arcis tumulo impositus, cum Turre Gramafanâ ei vicinâ.

Lucerna : *Luserna*, caput famosissimi Comitatus, & vallis amplissimæ quæ supra 20. hominum millia dicitur alere.

VILLA-FRANCA : *Ville Franche*, in solo vberis sita, vbi Padus ponte iungitur; celebris, quia hîc olim captus Prosper Columna Dux exercitus Mediolanensis.

CARINIANVM : *Carignano*, nobis *Carignan*, celebre de Principis nomine, arce, ponte, & præclaris ad illum Gallorum facinoribus.

BRIQUERASCVM : *Briqueras*, in loco perferaci situm & situ difficili, ex quo Carolus Emanuel hyeme Gallos expulit,
tem-

tempore sapienter, & fortiter vsus.

Rouiliaſcum: *Renigliaſco*, excellenti vino celebre.

MONS CALARIVS, aliter CASERIVS: *Mont-Calier*, oppidum pernobile, nec ciuitati decedens.

CASTRVM CHERIVM: *Chieri*, nobis *Quiers*, olim potentiffima Reſp. quæ 30. hominum millia armauit; bellis inter Carolum V. & Franciſcum I. malè multatum eſt.

Ripa Cherienſis: *Rina di Chieri*, Marchionatus titulo ornatum oppidum.

CARMANIOLA: *Carmagnola*, nobis *Carmagnole*, ab omnibus Geographis in Marchionatu Salutiatum collocatur, nunc in recentibus tabulis ab eo reuellitur, & Pedemontio adſcribitur. Vrbs celeberrima, Armamentarium quondam Gallicum vbi 300. tormenta bellica ſeruabant. Nunc incolarum frequentia, & opibus abundat.

P
E
D
E
M
O
N
T

RACONIGI: *Raconigi*, nobis *Raconis*, de eo oppido diximus ſuperiori ſeſtione num. 10. celebratur ob ſericum; habetque palatium, piſcinas, & deambulationes pulcherrimas.

SAVILIANVM: *Sauigliano*, inter fluuios *Malea*, & *Mair*, perlautum oppidum & opulentum, quo nullum putabat aptius in totâ Italiâ ad alendum exercitum Carolus V. Imp. ſtatueraſt Dux Emanuel Philibertus hîc habitare, & hanc urbem ſuæ ditionis primariam facere.

Centale: *Centalo*, à Præfecto Equitum Bellegardio munitum.

Laniaſcum: *Lagnaſco*.

FOSSANVM: *Foffano*, ciuitas munita ad Fl. Sturam, & Episcopalis, in regione frumenti feraciſſimâ.

CLARASCVM: *Cheraſco*, munitiffima vrbs in colle, cuius pedem alluit Fl. Tanarus *le Taner*; celebrantur eius viæ rectæ, & amplæ.

Cerifolæ: *Cerifoles*, vicus duntaxat, ſed memorabilis prælio Ducis Anguiani, qui eò loci Hiſpanorum retudit faſtum.

Polentia: *Polenza*, cadauer vrbs antiquæ, vbi pars Amphitheatri.

CVNEVM, & CVNI: *Coni*, vrbs munitiffima ad confluentias Geſæ & Sturæ. Memorabilis eſt obſidione quâ fruſtra tentata eſt à Franciſco I. in præſentia ditiffima eſt.

- | | |
|-------|---|
| T I L | <p>Bena : <i>Bene</i>, oppidum munitissimo loco situm, aëris salubritate, & incolarum fortitudine celebre.</p> <p>MONS REGALIS : <i>Mondoui</i>, colli imposita ciuitas, cuius pedem alluit Fl. Ella, populosissima est omnium urbium Pedemontij post Taurinum. Heluetiorum eade celebratur. Vnum eius suburbiorum dicitur vicus, vbi S. Mariæ templum quod Dux extruxit, magnæ religionis, vbi & voluit deinceps Duces omnes humari.</p> |
|-------|---|

- | | |
|---------|---|
| F L V - | <p>PADVS : <i>le Pô</i>, de cuius origine dicitur in Marchionatu Salutarum; magnam eius agri partem rigat fluuiis, quos hic in se vtrinque recipit.</p> |
|---------|---|

- | | |
|-------|--|
| V I I | <p>Stura : <i>la Sture</i>, Fossanum alluens diuersum ab illo qui cadit ad pontem Sturæ.</p> |
|-------|--|

- | | |
|-------|---|
| P E - | <p>Gessus : <i>Ges</i>, Sturæ connectitur ad Cuneum <i>Coni</i>.</p> <p>Tanarus : <i>le Taner</i>, oritur ex nexu Apennini cum Alpibus in Marchionatu Ceux : cadit in Padum ad Basinianū.</p> |
|-------|---|

- | | |
|-------|---|
| D E - | <p>Bormiæ duo : <i>Bormia</i>, suas aquas miscet paulò supra Sessanum, huncque agrum rigant: exoriunturque in Marchionatu Ceux, & iuncti Tanaro miscentur ad Alexandriam.</p> |
|-------|---|

- | | |
|---------|---|
| M O N - | <p>Duria : <i>la Doire</i>.</p> <p>Clarus : <i>Chiara</i>.</p> <p>Malonius : <i>le Malon</i>.</p> |
|---------|---|

- | | |
|---------|---|
| T I I - | <p>Chifonius : <i>le Chifon</i>, Pinarolium alluens.</p> <p><i>Malea</i>, & <i>Mair</i>, Sauilianam vtrimque stringunt.</p> <p>Varæta : <i>Varaita</i>.</p> |
|---------|---|

- | | |
|---------|---|
| N O N - | <p>Pelleus : <i>Pelles</i>, Chifonium hauriens.</p> <p>Nonus : <i>Non</i>.</p> <p>Sangonius : <i>Sangone</i>.</p> |
|---------|---|

N V M. 2. *Inserta & Addita Pedemontio.*

- | | | |
|-----------|-------|--|
| M A R - | V R - | <p>SEGVSIVM : <i>Suse</i>, aliter Sufa iuxta montis Cenisij radices, varias olim experta vices à Frederico Ænobarbo incensa, & excisa. Celebratur fortitudine Gallorum nostrorum: satis est diues, & populosa ad Duriam <i>la Doire</i>.</p> |
| C H I O - | B E S | |
| N A - | S E - | |

		Auiliana: <i>Auigliana</i> , nobis <i>Veillane</i> , olim longâ obsidione celebris, ætate nostrâ prælio memorabilis. Arcem habet in cliuo firam.
TVS	G V S I -	
	N Æ	Glauena: <i>Giaueno</i> , ad fluuiolum <i>Sangono</i> , armorum fabrica quondam celebris ob vicinas officinas ferrarias, quæ hîc supra 30. exercentur. Hinc quoque telæ nobiles.
SE	{ VAL -	Fanum S. Ambrosij: <i>Sant - Ambrosio</i> .
	L I S.	Riuoli: <i>Riuoli</i> , in agro peramœno, celebris Burgus natalibus Caroli Emanuclis, sed longè magis quia S. Petrum Martyrem ex familiâ Dominicanâ edidit.
G V S I -		
		Nonalefa: <i>Nonalese</i> , vbi multa inuenta sunt quæ Sabaudicam historiam possunt illustrare.
NVS,	A B -	
	B A -	Fanum S. Antonij Raucini: <i>Sant Antonio</i> , nobis <i>la Commanderie de S. Antoine de Renuers</i> , Abbatia olim, vt & nunc, ditissima.
	T I Æ.	S. Michaëlis Clusensis: <i>S. Michel di la Clusa</i> , condita in loco olim Clusa: putant indigenæ ab Angelis hunc locum conditum esse.
<i>le Marquisat de Susè.</i>		Ripalta: <i>Riualta</i> , prædiues locus.
	FL V -	Duria, Italis <i>Doria</i> , nobis <i>la Doire</i> , aliter Duria minor <i>la Doirette</i> , hanc vallem peramœnam decurrens.
	V I V S.	
MAR -		EPOREDIA: <i>Turea</i> , nobis <i>Turée</i> , in libro Fisci Romani Hipporegia dicta, & ab indoctis vulgè <i>Lamporegio</i> . Situ est edito inter duos colles ad Duriam Fl. cognomento Balteam, qui hîc ponte lapideo necitur. Laudantur eius casei dicti <i>Salassi</i> .
CHIO -	V R -	
NA -		
TVS	B E S	Masinum: <i>Masino</i> , oppidum lautum.
EPO -		Fanum S. Martini: <i>S. Martino</i> , Comitatus caput, Guelphorum olim propugnaculum.
R E -	H V -	
DIEN -		Valperga: <i>Valpergue</i> , item Comitatus caput
SIS,	I V S	Gibellinorum acerima faulrix.
<i>le Mar-</i>		

quisat d'Yurée,		Cornia: <i>Cornie</i> , seu <i>Corgni</i> , ad Fl. Orco.
quo in- cluditur	MAR-	Riparolium: <i>Rinarolo</i> , ad prædictum Fl.
		Aglia: <i>Aglé</i> , castrum olim permunitum.
AGER	CHIO-	Ceresolæ: <i>Ceresol</i> , pagus ad initia Orci Fl. cuius casei celebrantur; in valle Lora- gnanâ iacet.
CAVA- NEN- SIS,	NA-	Fanum S. Benigni cognomento Fructua- riensis: <i>San-Benigne</i> , seu vt indigenæ ef- ferunt <i>San-Balegno</i> , prope Riparolium.
	TVS.	LANCIUM: <i>Lanzo</i> , vnde valli nomen ad Fl. Clarum <i>Chiara</i> .
Cauane- se, le Ca- vanois.	FLV-	DYRIA cognomento Balthea, seu Maior <i>la Doire Balthée</i> , aliter <i>la grande Doire</i> .
	VII.	Orcus: <i>Orco</i> , ex Ceresolis profluens. Malonius: <i>le Malon</i> . Clarus: <i>Chiara</i> .
CO-		VERCELLÆ: <i>Vercelli</i> , nobis <i>Vercelles</i> , & <i>Verceil</i> , ad Fl. Sessitem <i>le Sessia</i> , de cuius nomine vi- de Leandrum solito more fabulantem. Hic celebratum Cœcilium contra Berengarium Archidiaconum Andegauensem à Leone IX. vrbs iam munitissima, & vallata pro- pugnaculis à Sabaudo qui eam urbem ex Ducatu Mediolanensi decerpfit, sed nostrâ ætate eam Hispanus recepit; castrum quo- que habet & arcem.
MI-	VR-	
TA-	BES	
TVS		
olim,	AGRI	Bugella: <i>Biela</i> , vrbs ampla, diues, populosa in agro feraci sita.
nunc		Andornum: <i>Andorno</i> , Marchionatus caput in Agro Bugellano.
DO-	VER-	Motta: <i>la Motta</i> , locus prælio memorabilis anni 1614.
MI-		Viueronium: <i>Viuerone</i> , vnde lacus nomen ha- bet.
NIVM	CEL-	Fanum S. Germani: <i>San-Germano</i> , locus olim munitissimus, subruit propugnacula, & mu- ros eius Victor Amedæus.
VER-		

		Fanum S. Agathæ: <i>Santia</i> , bellis Pedemon- tanis memorabilis.														
CEL-	LEN-	Fanum S. Crescentini: <i>S. Crescentin.</i>														
LEN-		Burgus Sessites: <i>Borgo di Sessia</i> , ab aliis adscri- ptus agro Mediolanensi.														
SE,	SIS.	Seraualis: <i>Serraualle</i> .														
<i>la Sei- gneurie de Ver- ceil,</i>		Verruca: <i>Verna</i> , nobis <i>Vernè</i> , Hispanorum obsidione, & virtute Francorum memora- bilis ætate nostrâ.														
nunc Hispa- nicæ ditio- nis.	FLVII.	<table border="0"> <tr> <td>S E S S I T E S</td> <td>Gardinam: <i>Gardina</i>.</td> <td rowspan="2">} Vno alueo in cū defluentes.</td> </tr> <tr> <td>vulgò <i>Sessia</i>,</td> <td>Bronam: <i>Brona</i>.</td> </tr> <tr> <td><i>Sissia, Senza,</i></td> <td>Nauium: <i>Nauiio</i>, ad Vercellas.</td> <td></td> </tr> <tr> <td>& <i>Sessa</i> reci- pit</td> <td>Eluum: <i>Eluo</i>.</td> <td></td> </tr> <tr> <td></td> <td>Et aliquot alios parum celebres.</td> <td></td> </tr> </table>	S E S S I T E S	Gardinam: <i>Gardina</i> .	} Vno alueo in cū defluentes.	vulgò <i>Sessia</i> ,	Bronam: <i>Brona</i> .	<i>Sissia, Senza,</i>	Nauium: <i>Nauiio</i> , ad Vercellas.		& <i>Sessa</i> reci- pit	Eluum: <i>Eluo</i> .			Et aliquot alios parum celebres.	
S E S S I T E S	Gardinam: <i>Gardina</i> .	} Vno alueo in cū defluentes.														
vulgò <i>Sessia</i> ,	Bronam: <i>Brona</i> .															
<i>Sissia, Senza,</i>	Nauium: <i>Nauiio</i> , ad Vercellas.															
& <i>Sessa</i> reci- pit	Eluum: <i>Eluo</i> .															
	Et aliquot alios parum celebres.															
	PRINCIPA- TVS MAS- SERANEN- SIS,	<table border="0"> <tr> <td>Masseranum: <i>Masserano</i>, principis do- mus & delicia, locus exultissimus.</td> </tr> <tr> <td>Crepacorium: <i>Creuicœur</i>, locus per- munitus, & arx ad tegendum hunc tractum peridonea. In eius quoque agro Metallicæ ferri nobiles.</td> </tr> </table>	Masseranum: <i>Masserano</i> , principis do- mus & delicia, locus exultissimus.	Crepacorium: <i>Creuicœur</i> , locus per- munitus, & arx ad tegendum hunc tractum peridonea. In eius quoque agro Metallicæ ferri nobiles.												
Masseranum: <i>Masserano</i> , principis do- mus & delicia, locus exultissimus.																
Crepacorium: <i>Creuicœur</i> , locus per- munitus, & arx ad tegendum hunc tractum peridonea. In eius quoque agro Metallicæ ferri nobiles.																
	<i>Principauté de Masseran.</i>															

N v m. 3. *Secunda pars Pedemontij Marchionatus Salutiarum;*
le Marquisat de Salusses.

V R- B E S	SALVTIVM: <i>Salusses</i> , Italis <i>Saluzzo</i> , Episcopalis facta à Iulio II. vrbs perlauta, & frequens, olim familiæ Almeranæ. Aëre gaudet temperatissimo: modica est, sed castro eximio firmata.
&	CARMANIOLA: <i>Carmagnole</i> , ab omnibus Geographis hic collocatur, nunc ab hoc agro reuulsa est, & Pe- demontio adscripta: de quâ ibi.
CAS- T R A	Reuelia: <i>Reuel</i> , locus permunitus.
H V- I V S	Dronerum: <i>Dronero</i> , aliter <i>Droné</i> , castellum firmissimū ad quod Abbatia S. Constantiæ: hic Mercatores ar- mentis, ferroque diuites.
D I- T I O-	Busca: <i>Busca</i> , perantiqui Marchionatus caput.
	Verculum: <i>Verzoli</i> , nobis <i>Versol</i> , corruptè <i>Vensol</i> , castel- lum firmissimum.

- NIS. Costiliolum: *Costigliolo*, ad Fl. Verætam.
 Fanum S. Petri: *San-Pietro*, ad eundem Fl. versus castrum Delphini oppidum Galliarum.
 Et alia loca de quibus mox in Pado.
- FLV- PADVS: *le Pô*, oritur ex Monte Vesulo, seu Veso, hodie *Monte Viso*, qui faxis & rupibus horridus piceas tantum alit, & ex eo multi fluij erumpunt. Fluit autem Pado ex duplici fonte, & post tria milliaria ad Paisanam terræ cuniculo hauritur, ac post mille passus ad Patricolum *Paricolo* resurgit, ac paulò post labitur inter duo castella Vncinum *Oncino*, & Critium *Crisol*, indeque Villam Francam, Pancalerum, Carinianum eluens Taurinum venit, ac deinceps totam Longobardiam decurrit.
- VII
- AGRI
- SA- Verætā: *Veraita*, cuius vnus alueus Salustium attingit.
- LV- Mærius: *Mair*, Buscam alluens, & Dronerum.
- TIA- Maleus: *Malea*.
- NI. Stura: *la Sture*.

NVM. 3. *Pars tertia Pedemontij Comitatus Astensis, le Comté d'Ast, cum Regionibus ei insertis.*

- VR- ASTA: *Asti*, nobis *Aste*: ad Tanarum Fl. *le Taner*, ciuitas peruetus, lauta, diues, frequens, & splendidè ædificata. Fuit quondam Resp. potentissima quæ 30. armatorum millia eduxit. Arcem habet sub nomine S. Christinæ in gratiam Ducissæ Sabaudiaë fororis Ludouici XIII.
- BES
- AGRI Villa Franca: *Ville Franche d'Aste*, munitissimum oppidum, & aliquot propugnaculis septum.
- AS- Mons Clarus: *Monte Chiari*.
- TEN- Reuiliascum: *Reuigliasco*, nobis *Rouiliase*.
- SIS. Balneoli: *Bagnasco*, nobis *Bagnas d'Ast*.
- Corneliana: *Corneillan*.
- Canale: *Canal*.
- COL- Cortemilia, seu Curia Æmiliani, vt quidam volunt.
- LES *Cortemiglia*.

LIGV- Milleſimum: *Milleſimo*.
 RVM, Cefola: *Cefol*.
les Lar- Mons Baldonis: *Mont - Baldon*.
ghes. Spinum: *Spino*, aliter *Spigno*.

MAR- CEVANVM: *Cena*, nobile caſtrum ad Tanarum Fl. vn-
 CHIO- de Marchionatus hic nomen traxit, & ei adiunctum
 NA- nobile, & luculentum oppidum.
 TVS RHODVM: *Rhodino*, caſtellum Picorum Mirandulæ,
 CEVA- emptum ex Marchioniffâ Montis Ferrati à Ioan.
 NVS, Carrafa Ioannis Pici viri doctiffimi coniuge, vbi &
 post viri mortem illa conſentit.
le Mar- Baniaſcum: *Bagnafco*, ex quo vallis nomen accepit ad
quisat de Tanarum Fl.
Cena. Gareſium: *Gareſio*, olim Monſiardinus dictum. Mar-
 chionatus etiam titulo illuſtre.
 Vlmea: *Ormea*, oppidum quod primum eluit Tanarus
 fluuius.

FLV- TANARVS: *le Taner*, exiſtit ex nexu Apennini, & Al-
 VII. pium, oriturque ex triplici riuo qui intra iactum ſagit-
 ta cœunt. Auri ramenta deſert, ex quibus ſe vidiffe
 torquem, ait Volaterranus.
 Pezus: *Pez*, ex minutâ palude effluit.
 Stura: *la Stoure*, ſeu *Sture*, Aſtam alluens.

DE PRINCIPATV ONELIÆ, & MAIRI: *Oneglia & Marro*, dice-
 mus in orâ Genuenſi, cui inferus eſt: in duas valles peramœnas
 diſcretus eſt.

NVM. 4. Pars quarta Pedementij, *Monſferratus Sabaudicus*.

VR- TRIDINVM, vel Trinum: *Trino*, nobis *Trin*, præcipua
 BES huius ditionis vrbs, ampla, munita, & diues.
 Berulum: *Balzola*, ſic dictam urbem putat Alciatus ab
 & arbore Betula, quâ hîc indigenæ vtuntur ad munien-
 da vaſa vinaria circulis.
 Liburnum: *Linorno*, oppidum inter paludes ſitum.
 LO- Mons Aureoli: *Montarnolo*.
 CA D. Mariæ Locetinæ Cœnobium: *Badia di Lucedia*, quon-
 dam

S A-
B A V-
D I-
C Æ
D I-
T I O-
N I S
in
M O N-
T E
F E R-
R A-
T O.

dam nobilissimum, à Marchionibus Mōtisferrati conditum, vbi olim plurimi Monachi, nunc locus ruinis deformatus est.

Palatiolum: *Palazzuolo*, in loco riguo.

Verolentum: *Verolongo*, in Cauanenfi tractu.

Calusa: *Caluse*.

Vulpianum: *Vulpiano*, in Pedemontium plurimum excurrens.

Fanum S. Damiani: *San-Damiano*, oppidum munitissimum, & duplici obsidione famosum.

Fanum S. Sebastiani: *San-Basiano*.

Fanum S. Raphaëlis: *San-Raffaele*, nobis *S. Raphaël*.

ALBA: *Albi*, ad Fl. Tanarum, olim cognominata Alba Pompeia, antiquus Episcopatus, & ciuitas ampla.

N V M. 5. De Comitatu *Niceensi*, le Comté de Nice en Prouence.

V I C A-

N I C Æ A: *Nizza*, nobis *Nice en Prouence*, aliis *ἀπλωσ Nice*, quia Nicæam Bithyniæ contendunt dici *Nicée*, fortè scrupulosius; vrbs pulcherrima, & munitissima, vt quæ Turcis simul Francisque restiterit. Arcem habet in præsentia permunitam.

R I A-

V I L L A F R A N C A: *Ville Franche*, portus pulcherrimus, capacissimus, & percommodus, indigenis fortissimis plenus.

T V S

Castrum S. Albani: *Sant-Albano*, æquali vtrunque in prædictas vrbes interuallo, phari instar portum Villæ Francæ subeuntibus.

Esa: *Esa*, vicina ditioni Monachienfi.

Torbida: *Turbia*, patria olim Pertinacis Imp.

N I.

Contes oleo & castaneis abundans.

C Æ Æ

Pelia: *Peglia*, oleo, vino, atque frumento diues.

Sangrium: *Soagrio*, vbi arx munitissima.

le Vica-

Briga: *Briga*, oppidum sat amplum & populosum, vnde educuntur vinum, frumentum, mel, manna.

riat de

T E N D A: *Tenda*, nobis *Tende*, Comitatus caput, qui cum Nicæensi connectitur, ad quod oppidum via *del Corno*, aliter *Col de Tende*.

Fanum S. Martini: *S. Martino*, ad quod deuenitur per Fenestræ angustias, *Col delle Fenestre*, cui adiacet locus B. Virgini sacer, *Nostra Dona delle Fenestre*.

Nice.

Lantusca: *Lentofca*, ad Fl. Vesubiam.

Fanum S. Dalmatij in planitie: *San-Dalmazzo del Piano*.

VICARIATVS BARCELONÆ, *le Vicariat de Barcinonette*. BARCELLONA: *Barcinonetta*, nobis *Barcinonette*, incensa posterioribus hisce bellis, antea ditio Cardinalis Sabaudix. Hunc agrum quidam Pedemontio tribuunt.

Ioserium: *Ioster*.

Falconium: *Faucon*.

Reuellium: *Reuel*.

Miolanum: *Miolans*, arx non immunita.

VICARIATVS SOSPPELLA-NVS, *le Vicariat de Sospello*. SOSPPELLVM: *Sospello*, bellum oppidum, & eleganter structum in limite Genuensi, cum fonte aquæ limpidissimæ quæ ex vicinis montibus educitur.

Rupellula: *Rochetta*, in agrum Genuensem excurrens.

Castilio: *Castiglione*, paulò infra Sospellum.

Fanum S. Agnetis: *S. Agnes*, inter montes.

VICARIATVS PVERINVS, *le Vicariat du Poggiet, seu du Pogget*. PVERINVM: *Poggieto*, nobis *le Poggiet*, in limite Francico ad fluuium Varum, oppidum munitum in primis, & præsidio firmissimo validum.

BOVILIVM, quibusdam Bobium, aliter Boglia: *Boglio*, nobis *Beinul*, Comitatus prædiues de quo in historiis diximus, ex eo aliquot oppida pendent, & huic ditioni tantùm inferitur.

VALLIS SANCTI STEPHANI, *le Val Saint Estienne*. FANVM S. STEPHANI: *San-Stephano*, in capite Fl. Tineæ, qui ex 3 lacubus existit, oppidum luculentum quod huic valli nomen dedit, quæ per se regitur, neque pendet ab aliis Vicariatibus.

Fanum S. Dalmatij Syluestris: *S. Dalmas le Sauvage*, in collibus asperrimis situm oppidum.

MONS CEMENVS: *Monte Camelione*, vbi rudera, & cadauer magnæ vrbs ostenduntur: vulgò *Camelion*, seu *Cemella*.

Fanum S. Saluatoris: *S. Salvador*.

FLVVII VARVS: *il Varo*, nobis *le Var*, Prouinciæ nunc & Italiae aliquâ ex parte, sed exiguâ limes.
 COMI. Recipit } Esteronem: *Esteron*.
 Fluios } Tineam: *Tinea*, de quo supra.
 TATVS sequentes } Vesuuiam: *Vesubia*.
 Palius: *Palion*, ad Nicæam cadens.
 NICÆ- Liuentia: *Liuenza*, qui ex monte ortus, vbi vallem ad
 Brigam rigauit, deficit & disparet haustus cuniculo.
 ENSIS. Rottus: *Rotta*, Saogrium alluens, qui & Biberam forbet *Bibera*.

§. 3. De ditionibus Familiae Mantuanae.

SECT. I. Historica huius Familiae.

QUÆCVMQVE de hâc familiâ tractari solent in re Geographicâ ad tria capita reuocari possunt, *Ducatum Mantuanum*, *Ducatum Monferratensem*, & *ditiones Principum Gonzagarum*, seu *Mantuanorum*.

NVM. I. De Duce Mantuae, & Agro Mantuano.

ORIGO huius Ducatus, qui antea Marchionatus erat cadit in annum Christi 1318. quando vrbs Mantua variis iactata casibus summâ populi voluntate Ludouicum Gonzagam accepit dominum, eiectis Bonacolsinis Tyrannis ope maximè Canis Scaligeri Principis Veronensis. Ipse eiusque successores *Capitanei Mantuæ* tantùm dicti sunt vsque ad Ioannem Franciscum, quem Sigismundus Imperator anno 1432. Marchionem Mantuæ dixit. Is obiit anno 1444. & inter quatuor filios principatum suum diuisit, de quo mox in quantitate huius ditionis. Marchionum porro nomen hæsit in hac familiâ vsque ad annum 1530. quo Carolus V. Imp. Fridericum Gonzagam Mantuæ Ducem creauit.

PRINCIPES MANTVANI. Superuacaneum puto hîc texere seriem Principum Mantuanorum ante Fridericum primum, quoniam illa ad rem nostram minùs pertinere videtur. Hanc tibi per synopsin proponimus, quam vt puto non negliges, à Friderico I. Duce ductam.

			FRANCISCVS } obiit ille sine liberis, quidam tamen Dvx II. } ei tribuunt Fridericum.
FRIDE- RICVS GON- ZAGA Primus DVX Mantuae, Cui ex Margari- ta Boni- facij Se- cundi Montis- ferraten- sis sorore nati sunt	GVI- LIEL- MVS Dvx III. ex Leonora Imp. Ferdinandi filia LV- DO- VICVS, cui ex Henrietâ Niuernensi geniti sunt	VIN- GEN- TIVS DVX IV. obiit 1512. CAROLVS Niuernensis & Rhetelensis Dvx VIII. cui ex Catharina Lotharinga nati sunt CATHARINA Vxor Henrici Aurelianensis Ducis Longauillæ. HENRIETA Vxor Ducis Meduani.	FRANCISCVS Dux V. qui ex filia Ducis Sabaudiaë genuit <i>Mariam</i> quæ nupsit Carolo Niuernensi. FERDINANDVS Dux VI. primùm Cardinalis: obiit sine liberis. VINCENTIVS Dux VII. olim E- ques Melitensis: obiit ante eum filius Franciscus, qui duxerat Margaritam Sabaudam; itaque eo mortuo recurrendum fuit ad Carolus Niuernensem filium Ludouici filij Friderici Gongagæ Primi Ducis. FRANCISCVS Dux Rhetelij, qui ante patrem obiit. CAROLVS II. Dux Mantuae IX. duxit Mariam filiam Francisci Ducis V. CAROLVS III. Dux X. iam ab anno 1637. rerum potitur. FERDINANDVS Dux Meduanus. MARIA Regina Poloniae. ANNA quæ Palatino nupsit. BENEDICTA Abbatissa.

QUANTITAS. Ditio olim Gonzagarum extensior fuit quàm in præsentia nobis exhibetur, vt colligitur ex testamento Ioannis Francisci primi huius tractus Marchionis, quod videre potes in libello de Italia Principibus.

Nunc verò maxima eius *longitudo* extenditur ab oppido Ostiano *Vstiano* in limite Cremonensi, & Brixiano, ad Fichariolum *Ficaruolo* in limite Ferrariensi, quæ extensio dat gradum vnicum

cum 15. minutis, ac proinde 75. mil. pas. leucas Franc. 37. $\frac{1}{2}$, Germanicas 18. cum $\frac{1}{4}$. *Latitudo* verò à Castilione Stiueræo *Castiglione de la Stiueræ*, in limite Brixiano, ad Nouellariam, cuius status ad hanc familiam pertinet, in limite Rhegiano, 36. minorum extensione, hoc est 36. Mil. Pass. leucarum nostratium 18. Germanicarum 9.

QUALITAS. Regio hæc vniuersa frumento abundat, & tantâ copiâ, vt vicinas ditiones nullo negotio alere queat. Vinum hîc minùs generosum est, & ferè austerum. Abundat hæc quoque ditio armento & pecore, quia pascuis læta. Linum etiam hîc plurimum, & copiosum prouenit. Laudantur pariter panni Mantuani qui magni fiunt Venetiis, item & Tapetes ex lanâ & serico totâ Europâ celebrati. Quanta reperiatur hîc piscium copia, id vnum arguit, quod ex piscatoribus lacus Mantuani 9. librarum millia Princeps colligit, eâ conditione, vt quantum voluerit in mensam suam referuet assibus duobus persolutis in singulas libras.

MORES. Equites peritissimi sunt Mantuani, & ad domandos equos à naturâ facti videntur esse. Creduntur vulgò ingenij hebetioris ob cæli grauitatem & crassitiem, certè ad literas minùs idonei iudicantur quàm ad res gerendas, & familiam rectè disponendam.

POLITIA. Hic Princeps à nemine pendet nisi ab Imperatore, cuius se vicarium perpetuum in Italiâ nuncupat, quia anno 1624. ab Imperatore factus est eius Vicarius per Italiam, quo officio hætenus Dux Sabaudix functus erat. Aula eius inter Principes Italos eminet. Seruatur à 50. peditibus Prætorianis, & Equitum Itolorum alâ. Dux caput est ordinis Sanguinis Christi, quem instituit Vincentius Dux VII. anno 1608. Educere potest ex agro Mantuano 800. equites, peditum 12. millia. Eius Consilium ex 7. Doctoribus constat: hi lites omnes & controuersias dirimunt, & ad eos à præfectis prouocatur, vulgò *Podestas*. Mantuæ rei Cibarix Præfectus *Prouidador* magnæ est auctoritatis. Reditus eius Ducatus ante aliquot annos erat ducenties & quinquagies mille libræ; nunc dicitur in præsentiam imminutus. De reitu Montisferati, & militiâ dicemus numero 3.

NVM. 2. De Minoribus Principibus Mantuanis, seu Familie Gonzagarum.

DUX GVASTALLÆ annui reditus habet in agro Mantuano 20. librarum millia, & vnicam urbem ad hoc vsque tempus habuerat Guastallam cum aliquot castris. Sed quoniam de iure Ducatus Mantuani disputabat, accepit à Carolo Niuernensi Oçtauo Duce tria oppida *Luzzara*, *Suzzara*, & *Reggiuolo*, quæ eius ditionem eximiè auxerunt. Est quoque Princeps ARIANI, & Dux MOLETTÆ in regno Neapolitano, & inde sibi conficit centum librarum millia.

DUX SABVLONETI *Sabionette*, urbem habet vnicam cum aliquot pagis. Iam possidetur à Caraffis nuptiarum iure, sed redimi potest à Duce Mantuano, aut Comite de *Bossolo* 800. aureis Mantuanis, aut nostratibus 400. Anni reditus habet 70. librarum millia, & totidem ex agro Neapolitano colligit, vbi Princeps est STILIANI *Stigliano*. Iam hæc ditio Nobilem Hispanum dominum agnoscit *D. Ramiro Nūnes de Gusman* Ducem quoque in Hispaniâ *Medinæ Turritæ*, de *Medina de las Torres*.

COMES NOVELLARIÆ *Nuvellara*, seu *Nouellara*, stringitur ditionibus *Rhegij*, & *Corregij*: eius regio populosa est, & diues: atque annui reditus 60. millia librarum habet.

PRINCEPS BOSSOLANVS, *Prince de Bossolo*, simul est Comes S. MARTINI, & Dominus *Riparolæ Furiensis* *Rivarolo di Fuori*, cum aliis quinque Burgis aut Pagis: 60. quoque librarum millia annui reditus percipit.

MARCHIO CASTILIONEVS, seu Castilionis Stiuerorum. *Castillon della Stiuère*, & Dominus Castelli *Ziphraei*, *Castel Ginfre*, quod oppidum ante aliquot annos ipse permuniit: in limite Brixianorum potitur, & 60. quoque librarum millia recipit annui fructus.

DOMINVS SOLFARINI, *Seigneur de Solfarin*, superiori conterminus est, & vnica tantùm vrbe potitur cum 30. librarum millibus.

Hi omnes summo iure vtuntur, & à nemine pendent nisi ab Imperatore, atque vt loquitur Notitia Principum Italiæ, potius in partes Hispanas, quàm Francicas inclinant.

NUM. 3. De Monteferrato, ditione Ducis Mantuani.

NOMEN, cur hoc inditum fuerit huic regioni, neque tradidit Merula, nec Blondus, nec Volaterranus, inquit Leander, qui sic dictum putat quasi *montem feracem*, ob miram fertilitatem: nam quod addit de ferro indignum est quod hîc inferatur, aded insipidum est & insulsum. Marchionatus fuit ad annum vsque 1575. quando Maximilianus Imp. Guilielmum III. Mantuæ Ducem, primum etiam Ducem Montisferrati dixit.

QUANTITAS agrè admodum statui potest propter eius partes in alias ditiones sese insinuantes, à quibus vicissim sæpè laceratur, atque aperitur: si tamen pingui Minerua loqui licet, *longitudo* eius desumitur à ruinis Polentiæ prope Clarascum *Cheras*, ad Gaium *Gauio*, agri Genuensis, quod spatium complectitur 25. minuta vnius gradus maioris circuli, ac proinde 25. mil. pass. 12. leucas nostrates cum $\frac{1}{4}$, Germanicas sex cum $\frac{1}{4}$.

Latitudo consideratur à *Calizzano*, oppido in Apennini radicibus ad *Carponeto* vicum in Vercellenfili limite 70. mil. passuum, 35. leucarum Francicarum, 17. & $\frac{1}{4}$ Germanicarum.

QUALITAS. Non vtar aliis quàm Merulæ verbis, quæ citantur ab omnibus Geographis. Monsferratus mons est perpetuis expansus iugis, totus amœnus & fructifer, omniumque rerum ad vitam vtilium fertilis, & colonis admodum frequens, &c. Nihil hîc incultum propter soli bonitatem, & opportunitatem, &c. quanto magis ab amnibus Pado & Tanaro recedunt, tantò maiores amœnioresque campi, &c. ita *Merula*. Quibus addes ex recentioribus. Hîc tanta frumenti copia nascitur, vt & indigenis & magnis exercitibus alendis sufficiat. Oriza hîc quoque feliciter prouenit. Vinum huius tractus cæteris Longobardicis antefertur. Neque hîc Balnea desunt multis morbis salutaria, inter quæ Aquensia cæteris præstant, & magnâ hominum frequentiam celebrantur Maio, atque Septembri mensibus. De iis agemus in Admirandis.

MORES. Huius regionis incolæ ingeniosi sunt, & solertes, bellicosissimi, & Principi suo addictissimi, quem amorem præ se tulerunt potissimum extremis hisce bellis. In negotiationibus ex-

cellunt; ac conuiujs & comotationibus dediti sunt, quò eos regionis vbertas impellit.

ORIGO huius Principatus vulgò refertur ad Aleramum, seu Valramum filium Vitechindi Ducis Saxonix, qui eò adduxit Adelaïdem *Alis*, filiam Othonis Primi, à quo postea regionem hanc obtinuit cum Præfecturâ, & Vicariatu Imperij in Italiâ. Ab eius successoribus Marchionatus hic deuolutus est in Theodorum Palæologum, Ioanne filio Guilielmi cognomento Magni, sine liberis mortuo anno 1305. Is enim Theodorum filium Andronici Palæologi Imperatoris, & sororis suæ Yolandæ instituit hæredem. Tum Marchionatus Montisferrati iacebat inter Alexandriam, & agrum Astensem: sed etiam ei se dedidere Casalenses S. Euaſij cum se ab Imperio proscriptos viderent, propterea quòd cum Ticino, Albâ, Vercellis contra Imperatorem Henricum conspirassent. Ex Theodoro Guilielmus X. ortus erat. Is Casalium mœnibus sepsit, & ei obtinuit Episcopum à Sixto quarto anno 1474. Hæsit autem Marchionatus in familiâ Palæologorum, vsque ad annum 1535. quando mortuis omnibus masculis ex hac stirpe orta lis est de successione inter Ducem Sabaudix, Marchionem Salutarum, & Fridericum Gonzagam Mantuanum Ducem, de quorum iure ex stemmate Principum Montisferrati iudicabis: A Carolo V. Imperatore lis adiudicata est Friderico, & Casalenses qui tum volebant recuperare libertatem ei subiuncti sunt. Idem quoque tentauerunt Casalenses sub Francisco Guilielmi successore, sed spe suâ deiecti sunt apud Maximilianum Imperatorem, & auctores huius consilij solum vertere coacti sunt, quorum iterum consilia & conatus irriti cecidere: tumque Flaminius Palæologus spurius perpetuo carceri addictus est in Gotto oppido agri Mantuani. Atque exinde perduravit in familiâ Gonzagarum hic Marchionatus, nequicquam reclamante Sabaudis, & bello, atque scriptis ius suum persequente. Fœderibus quibusdam Ratisponensi scilicet & Clarascensi aliquid extorsit Sabaudus, sed iis nondum eius fames extincta est. Quanta autem bella ex iis cõtrouersiis enata sunt inter Francos & Hispanos nostri loquuntur Annales, atque Mercurij. Nunc verò Casalium seruatur à Francis, vt & Monsferratus, cui frustra Hispanus insidiatur, vnde tam saepe, quàm ignominiosè repulsus est.

PRIN-

PRINCIPES MONTISFERRATI à Theodoro Palzologo, vt superiores omittam, ita se habent.

THEODORVS PALZOLOGVS Primus Marchio, & author Familix	IOANNES Marchio Secundus	OTHO Secundus Marchio III. obiit sine liberis.						
		IOANNES II. Marchio IV. obiit quoque sine prole.						
		THEODO-	NES-	IOANNES Marchio VII. obiit sine liberis.	GVI-	LIEL-	IOANNA quæ nupsit Ludouico Secundo Marchioni Salutarum.	
								MVS
		DO-	IA-	CO-	BONIFACIUS Marchio XI. nullâ susceptâ prole mortuus est.	GVI-	LIEL-	
								RVS
		Sc-	Mar-	CIVS	X.	IOANNES-GEORGIUS Marchio XII. in quo defecit proles mascula Palzologorum.		
							cun-	chio
		dus	chio	chio	IX.	ISABELLA vxor Ludouici Primi Marchionis Salutarum.		
							Mar-	chio
chio	chio	chio	IX.					
				V.	VL.	IX.	IX.	
V.	VL.	IX.	IX.					

POLITIA. In præsentia ditio illa per Francos Præfectos administratur, quos subinde mutari videmus. Dux enim Mantuanus agrè hanc defendere potest propter interiectam partem Ducatus Mediolanensis. Hinc peditum 15. millia, equites ferè mille colligere potest, omnes bellicosos, & in armis experientissimos.

Parall. Geogr. Tom. II.

M M m m m

Centum bellica tormenta Casalij habebat, & arma ad instruendum non leuem exercitum. Inde ante bella sibi 300. librarum milia annui redditus conficiebat, ac proinde ditissimus erat: nunc quid accipiat nobis est incompertum, aliis summam augmentibus supra modum, aliis imminuentibus. Hoc certè statui potest, si regiones omnes huius Principis connecterentur, paucos in Italiâ Principes ei futuros pares, sed interiacet Ducatus Mediolanensis, & ab Hispanis meritò sibi timere debet.

SECT. II. Geographica descriptio ditionis Mantuanæ

NVM. I. Ducatus Mantuanus, seu Mantouianus

- MANTUA:** *Mantouia*, nobis *Mantouie*, in lacu Mantuano, quem Mincius Fl. efficit hîc stagnans, 20. millium passuum ambitu; vrbs magna, diues & populosa, ad quam per pontes vel aggeres tantùm datur accessus, ideòque munitissima est. Hîc Ducis palatium tam amplum, tam magnificentum, vt 5. Reges hospitio possit excipere Duce ipso non excluso, nam 550. cubi-
V R- cula numerantur, omnia pretiosis stragulis, & aulæis
BES vestita, & pleraque tribus ornamentis quæ subinde
 seu mutari possunt. Tres quasi vrbes in lacu ipso Man-
O P- tuam sepiunt *il Thè*, palatium magnificentum, *Borgo di*
Santo Georgio, & *Porto Forteze*.
PIDA *Villa Marmioli: Marmiruolo*, magnificentissima prorsus
 à Friderico I. condita magno artificio, sed maiore
 sumptu. Aquarum hîc mirabilis lusus: vno verbo pa-
 latium ad Regem & Imperatorem simul excipien-
 dum factum.
 & *Petola vicus: Pietola*, aliter *Pitalo*, ad oram lacus Man-
 tuani cum Mincium effundit, olim pagus Andes Vir-
V I L- giliij incunabilis clarus. Adiacet ei Virgiliana domus
 Duci perutilis, & ad vtilitatem potiùs quàm ad volu-
 ptatem culta.
L Æ *Formicofia: Formigofa* ad quam Mincius exit ex lacu
 Mantuano.
BVRGVS FORTIS: *Borgo Forte*, à Mantuanis oppidum

conditum anno 1111. vbi Fossa terminatur deducta ex lacu Mantuano in Padum. In alterâ Padi ripâ erat quoque burgus, ex quo catenâ ferreâ Padus clauderetur.

CASTELLVM GVBERNIVM: *Gouernolo*, ad Mincium Fl. ad quod S. Leo Attilæ dicitur occurriffe: locus admodum celebris, quia hîc Cataracta: vulgò *la Chiusa di Gouernolo*, cuius ope circumposita regio potest inundari.

D V-

Sacceta: *Sacchetta*, oppidum nobilis familiæ Caprianorum, non procul ab ostio Mincij in Padum, vbi tanta clades ruptis Padi aggeribus an. 1531. contingit.

Serauallis arx: *Seraualle*, ad Padum munitus locus à Mantuanis 1320.

C I S

HOSTILIA & HOSTIA: *Ostiglia*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum. Instauratum est à Veronenfis 1050.

Agger S. Michaëlis: *le Bastion S. Michel*, locus munitus ad Fl. Tartarum.

Duo Castella: *li duo Castelli*, ad Fossam di *Pozzola*.

Castillio Mantuanus: *Castiglione Mantuano*, ad prædictam Fossam.

MAN-

GOITVM: *Goito*, vrbecula egregiè munita ad Mincium, cum Palatio pulcherrimo Ducis, vbi picturæ exquisitissimæ.

Volta: *Volta*.

Capriana: *Capriana*. } In limite Veronensi duo sita oppida, non immunita.

Medole, seu Medolæ: *Medoli*, lautum oppidum & locuples.

Ceresaria: *Ceresole*.

TVA-

RODONDISCVM: *Rodolfo*, mercimoniis frequens oppidum, & celebre ob pannorum textrinas.

MARCHERIA: *Marcavia*, non inhonestum oppidum ad Tartari in Ollium confluentias.

CANETVM: *Caneto*, seu *Canetto*, penè ad Nauilij in Padum confluentias.

OSTIANVM: *Vstiano*, in limite Bressiano & Cremonensi ad Melæ Fl. in Padum ostium.

Turris Oglj: *Torre d'Oglio*, ad Oglium paulò antequam Pado misceatur.

VITELLIANA: *Viadana*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum: quod credunt indigenæ dictum à Vitellio hîc consistente dum nuncium de morte Othonis opperitur.

N I.

Fanum S. Benedicti cognomento Podolironi: *San-Benedetto*, à Bonifacio Mathildis patre conditum, locus est pernobilis, splendidus & amplus, olimque centum monachos minimùm alebat.

Gonzaga vicus: *Gonzaga*, vnde Principes omnes huius ditionis traxere nomen, vbi villa magnifica, & sumptuosissima.

DITIO
DVCIS
GVAR-
DIS-
TALLÆ

Duché de Guastalla.

GVARDISTALLVM: *Guastalla*, vrbs lauta & diues, binis Cōciliis nobilis sub Urbano II. & Paschasio II. vnde intelligitur quàm olim ampla fuerit & magnifica. Diu fuit in familiâ Taurellorum.

Dosiolum: *Dosolo*, castrum, malè à Leandro admouetur ostio Ollij in Padum.

Luzaria: *Luzara*

Suzaria: *Suzara*

Regiolum: *Regiuuolo*

Tria hæc loca Dux obtinuit à Carolo Niuernēsi, ne in eius possessionem incurreret.

DITIO
DVCIS
SABV-
LONE-
TI

Duché de Sabionette.

SABVLONETA: *Sabionetta*, seu *Sabioneda*, nobis *Sabionette*, clara origine Comitum Perficorum Cremonensium, & maximè Vitalliani viri fortissimi. Arcem habet munitam cum magno semper præsidio, quia hinc ferè Princeps abest, & in regno Neapolitano residebat ante aliquot annos in Principatu Stigliano. Nunc ad Hispanum dynastam per nuptias deuoluta est vnà cum ditione.

DITIO
PRIN-
CIPIS
BOZO-
LANI
Princi-

BOZOLVM: *Bosolo*, oppidum nobile cum arce satis munita. Celebrem illam urbem reddidit Fridericus Gonzaga cognomento Bosolinus.

Fanum S. Martini cognomento in Argino: *San-Martino dell' Argino*, vbi castrum satis luculentum: caput Comitatus est.

pauté de
Bozolo.

Ripariolum Fuorinum: *Rimaruolo di Fuori*, burgus
peramœnus & diues.

DITIONIS
MARCHIO-
NIS CASTI-
LIONÆI,

le Marquisat de
Chastillon de la
Stiuère.

CASTILIO STIVERORVM: *Castiglione della Sti-
uère*, vrbs permunita cum arce non temnen-
dâ. Hinc oriundus Ludouicus Gonzaga, qui
ditionem hanc Christi opprobriis, & pau-
pertati anteposuit.

Castellum Ziphrazum: *Castro Giufrè*, cuius do-
minus Ludouicus ille Gonzaga vir eruditus,
& magnus Imperator. Iam locus permunitus
est, Hispano maximè suadente.

DOMINIVM
SVLPVRINVM

la Seigneurie de Solfori-
no.

SVLPVRINVM: *Solforino*, in limite Ve-
neto, cuiusque agri Castilionæis inferti
sunt: exigua est vrbs, & territorij satis
angusti.

DITIO CO-
MITIS NO-
VELLARIÆ

le Comté de No-
uellara.

NOVILLARIA: *Nouellara*, vrbs angusta, sed
permunita, cuius ager in Rhegiensem a-
grum incurrit.

Bergatium: *Bergazzo*, burgus sat diues.

Victoria: *Vittoria*, vicus quoque non illepidus.

FLV-
VII

AGRI

MAN-
TVA-
NI.

PADVS: *le Pô*, qui olim catenâ ferreâ iungebatur ad
Burgum fortem.

MINCIVS: *Menzo*, Mantuanum stagnum efficiens, de
quo in Historicis. Idem eluuiem his agris inferre po-
test per cataractam Gubernij.

Molinellus Fl. *Molinella*.

Tartarus Fl. *Tartaro*, in limite Veneto.

Tartarus alter, *Tartaro* ad Mercariam iunctus Ollio:

Clusius Fl. *Chiuse*.

Vt hic fossas plurimas fileam, & incilia ab indigenis ef-
fossa, & protracta vt agri rigarentur.

N V M. 2. *Descriptio Montisferrati Ditionis Mantuanae.*

Y R-

CASALE S. EVASII: *Casal S. Vas*, facta Episcopalis à Six-
to I V. vrbs in agro perbono, & fertili, ciuitas Europæ
munitissima, aggeribus, fossis, propugnaculis egregiè

- munita. Adde arcem hexagonam absolutissimam, vnà cum veteri castro ad nouam artem bellicam, vt-cumque interpolato.
- BES, Burgus S. Martini: *San-Martino*, olim locus peramce-nus.
- OPPI- Fraxinetum: *Frafineto*.
- Occimianum: *Occimiano*, honestum & frequens castrum quondam Marchionum Monferratenfium sedes: ce-leberrimum est, quia eò conuenere ad Fridericum Ænobar-bum ex variis ciuitatibus legati, vt eum excitarent ad euertendum Mediolanum.
- DA Fanum S. Saluatoris: *San-Saluatore*.
- & Fubinum: *Fubino*.
- Caafortium: *Cazorzo*.
- Grassanum: *Grassano*.
- LO- PONS STURÆ: *Ponte-Stura*, nobis *Pont de Sture*, vbi arx quondam permunita, ad quam deductus primùm Lu-douicus Sfortia Dux Mediolanensium captus à Gal-lis. Ætate quoque nostrâ fuit hoc celebre oppidum.
- CA- Montelium: *Monteglio*.
- Mons Caluus: *Monte Caluo*, bellis quoque recentibus celeberrimus.
- AGRI Cerrium: *Cerro*, vbi ditio Monferratenfis valdè re-stringitur.
- NICÆA cognomento à Palea: *Nice la Paille*, Italis *Niz-za della Paglia*, loco fertili & amceno sita.
- MON- Quadraginta Castrum, vel vt mauult Leander Qua-dringenti, vulgò *Quaranta*: sic dictum à 40. familiis Romanorum quæ huc confluxerunt; ea sanè opinio indigenas fortes reddit, & auitæ fortitudinis (vt pu-tant) retinentes.
- FER- Incisa: *Incisa*.
- RA- ALBA: *Alba*. } iam iuris Sabaudici, de quibus antea.
- S. Damianum }
- TEN- AQUÆ, olim Aquæ Statiolorum: *Acqui*, patria Georgij Merulæ, qui se ideò Statielatam appellauit. Hic re-stant Thermæ pulcherrimæ cum mensis publicis. Ci-uitas autem ciuilibus attrita discordiis penè concidit.

	Riua Alta: <i>Ripalta.</i>
	Pontio: <i>Ponzone.</i>
S I S.	Malatium: <i>Malazzo.</i>
	Maluesinum: <i>Maluesino.</i>
	Rupes Cæriensis: <i>Rocca di Cairo.</i>
FLV- VII	PADVS: <i>le Pô</i> , olim diuidens Montem ferratum in duas partes.
	Stura, vel Fl. vel incile: <i>la Stoure</i> , à Crescentino ad pontem Sturæ deductum.
MON- T I S- F E R- RATI.	Tanarus: <i>Tanaro</i> , nobis <i>le Taner.</i>
	BORMIA duplex, de quibus antea.
	Belbus Nicæam alluens: <i>Belbo.</i>
	Errius: <i>Erro.</i>
	Orba: <i>Orba</i> , limes eius ab Oriente.

§. 4. De Mutinensi ditioe.

EXPEDIEMVS hoc paragrapho Regiones subditas familiae Ateftinæ *Este*, ex quo Ducatus Ferrariæ huic à Pontificibus ablatum est, de quo in ditioe Pontificiâ agemus. Hæ autem ita se habent.

DITIO- NES	DVCA- TVS	} MVTINENSIS. <i>Mutina: Modene.</i> RHEGIENSIS. <i>Rhegium: Reggio.</i>
	PRIN- CIPA- TVS	
DVCIS	DI- TIO- NES	} FRINIANA: <i>Frignana.</i> GRAFINIANA: <i>Carfagnana</i> , ex parte; nam aliæ duæ partes sunt Ducis Tusciæ, & Reip. Lucensis.
MVTI- NENSIS	Quondam INSERTÆ REGIONES, nunc Ducis Mutinensis.	
Modene- se, le Mo- denois.		

SECT. I. *Historica huius ditionis.*

NVM. I. NOMEN accepit à primaria vrbe huius Regionis. Fuit autem Vicariatus S. Sedis, & Marchionatus. Sed à Friderico III. Imperatore Boso Dux creatus est Mutinæ & Rhegij, circa anno 1470. FRINIANA ditio vnde dicta sit, ignoro. De GRAFINIANA dicemus in Hetruria.

NVM. 2. QUANTITAS. *Longitudo* attenditur à Ripolâ in limite Pontremoliensi ad Finale oppidum 64. Mil. pass. leucarum nostratium 32. Germanicarum 16. *Latitudo* verò à Fossâ vulgò *Parmegiana* ad Valicum inferius, *Valico di sotto*, in limite Carferonianæ vnus gradus cum 10. minutis, hoc est 70. Mil. pass. leucarum Francicarum 35. Germanicarum 17. cum dimidia.

NVM. 3. QUALITAS diuersa est secundum regiones diuersas. *Mutinensis ager*, frumento & orizâ abundat, ac variis leguminibus. Hinc quoque vinum exquisitum deportatur Tribianum dictum.

Rhegiensis ager, parùm salubris iudicatur, & grauioris cæli: vinum tamen eius laudatur in primis, dat etiam aliquid frumenti, & fructus exquisitos, & sues pinguiſſimos.

Principatus Carpensis, & Corregianus ager, pascuis abundant, armentisque & pecore diuites sunt.

Frinianus ager, vino abundat, & in vallibus pecoris plurimùm, & armentorum alit; habet quoque fodinas aliquas ferri.

Carfinianus ager pecore, & armento celebratur ob valles montesque compascuos. Hinc quoque ferri metallicæ celebres, vnde sibi Dux multùm pecuniæ conficit.

NVM. 4. MORES. *Rhegienses* parum cauti & prouidi iudicantur: *Bæotium in patria crassoque sub aère nati*. *Mutinenses* bellicosi in primis, & in Principem suum fidissimi. Ad magna gerenda nati esse videntur, cauti, solertes, industrij. Incolæ Frinianæ & Carfinianæ pascendis gregibus vacant & armentis. Quidam ex iis quotannis vrsus tributum nomine olim Mutinam deducebant, vnde nata parcemia de *Vrso Mutinensi*.

NVM. 5. ORIGO. Historiam Principum Atestinorum scripsit Ioan. Bapt. Pigna, ex quo pauca decerpemus. Nobilissimam esse hanc familiam arguunt, quòd ab eâ extitisse certum sit plurimas

ram in Italiâ, quàm extra Italiam familias Ferunt enim indena-
tas Brunsvicensem, Lunenburgensem, & alias item hanc affinita-
te attingere præcipuos orbis Christiani Principes. Quomodo au-
tem Mutinensis & Rhegiensis ditiones in hanc familiam transie-
rint paucis accipe. Eius dominatum primus dicitur tenuisse, ut
omittam fabulosa, Opizo, seu *Obizzo* Atestinus Raynaldi Ferra-
riensis Marchionis filius, eamque ditionem accepisse à Mutinen-
sibus 1289. Anno deinde 1313. Franciscus Picus Mirandulanus
Vicarius Mutinæ constitutus est ab Henrico VII. postea à Ty-
rannis Mantuanis occupata est Mutina, & ab iisdem servata ad an-
num 1327. Anno autem 1331. Manfredus Pius à Ioanne Bohæmiæ
Rege institutus, hinc Principis nomen assumpsit, qui illam Opi-
zoni secundo Ferrariæ Marchioni concessit an. 1336. ex quo tem-
pore hæc ditio in familiâ Atestinâ mansit vsque ad annum 1510.
quando Iulius II. Pontifex urbem cepit, eamque Maximiliano
Imperatori cessit, à quo vendita est Leoni X. decem millibus
aureorum. Demùm anno 1527. dum Clemens obsideretur in mo-
le Hadriani, ab Alphonso I. Atestino Duce Ferrariæ recuperata
est. Alphonso I. successit Hercules, cuius liberi cum sine prole
obiissent, recurrendum fuit ad prolem Alphonfi III. ex Laurâ
Ferrariensi humili loco nata geniti, quam plerique concubinam
dixerunt, ut mox videbis in stemmate.

CARPORVM PRINCIPATVS diu hæsit in nobilissimâ Picorum fa-
miliâ, sed Gilbertus bonam illius partem Herculi I. Duci Ferra-
riensi cessit, reliqua pars quæ Alberto II. remanserat, donata est
à Carolo V. Duci Ferrariensi.

NVM. 6. PRINCIPES MUTINENSES non proferentur à nobis, qui
Alphonsum primum Atestinum præcesserunt, quia minùs ad rem
nostram faciunt: eius Alphonfi prosapia sic se habet.

AL- PHON- SVS PRIMVS	Ex Lu- cretiâ filiâ Alexâ-	HERCV- LES II.	ALPHONSVS II. DVX V. qui sine liberis obiit, licet tres vxores duxisset.
		DVX IV. ex Renatâ	
		filiâ Lud, XII.	LVDVICVS Cardinalis. ANNA vxor Francisci Lotha- ringi, Ducis Guisij.
		Franc. Reg.	LVCRETIA, quæ nupsit Duci Vrbinati.

ATES.	dri VI.	HIPPOLYTUS Cardinalis.
	Summi Pontif.	FRANCISCUS ALEXANDER.
		Secundùm aliquos FRIDERICVS.
TI-		
NVS	Ex Lau- râ	AL- PHON- SAR A- TESTINVS DVX VI.
DVX	Fer- ra- riensi	SVS ex Annâ Virginia filia M. Cosmi
TER-		
TIVS	III.	ALPHONSIVS.

NVM. 7. POLITIA. Quamquam hic Princeps ex vno pendeat Imperatore, viuit tamen propemodum in clientelâ Regis Hispaniæ, à quo recipit nōmine pensionis 12. aureorum millia; habet & ab illo turmam equitum Cataphractorum in Regno Neapolitano, & torquem Velleris aurei gestat. Pendet à Duce Mantuano ob Bresselum *Brexello* in agro Rhegiensi, & à summo Pontifice ob possessiones in Ducatu Ferrariensi, & Romandiolâ: sed quod ad Pontificis ditionem attinet potest educere 15. millia modiorum salis ex Salinis Comaclinis sine vllis vestigialibus, aut portoriis.

Iam verò quotannis recipere dicitur supra quadraginta aureorum millia. Certè ex Ferrariæ & Romandiolæ possessionibus conficit ducenta librarum millia, ex Dominio Corregano 40. millia aureorum vt alia taceam. Ideoque Princeps ille ditissimus esset, si omnia sua nomina dissoluisset: nam grandi ære alieno premitur, scilicet octingentes mille aureorum, ex quibus sedecim millia debet Genuensibus, quorum versuram quotannis magna pensione dissoluit.

Quoad vires spectat poterat educere olim 24. peditum millia, equitum duodecim; nunc vix duodecim peditum millia, equites mille quingentos scribere potest. Absit enim vt credam quod scripsit scriptor recens, eum educere posse 30. millia, & ex iis 20. millia ex Carferonianâ.

Eius Principis aula nobilissima est: Prætorianos habet 50 Heluetios hastatos, 50. equites leuioris armaturæ. Tribus ludicibus summum ius reddit subditis suis. Pendent ab eo nobilissimæ familiæ,

NNnn ij

inter quas eminent Comes S. Pauli ex Gonzagis, Comes S. Martini ex Familiâ Atestinâ, & aliæ de quibus in Geographiâ.

SECTIO II. Descriptio Geographica dittonis Mutinensis.

NVM. I. Ducatus Mutinensis, le Modenois.

V R-

MVTINA: *Modena*, nobis *Modene*, in viâ *Æmiliâ*, non tamen eodem planè loco quo antiqua, nam visuntur ad hanc Antiquæ rudera iuxta Nouam; à Gothis & Longobardis Verus euersa est, restituta Noua Longobardis ex Italiâ exterminatis: libera fuit ciuitas, & bella maxima cum Bononiensibus gessit. Sita est inter fluuios *Secchia*, & *Panaro*, ad incile quo vterque committitur, dictum Mutinense.

B E S

Bastia: *Bastia*, quam ambit incile Mutinense.

Bonus portus, vel Bonportus: *Bonporto*, vbi incile Mutinense neçtitur *Panaro*, traiectus euntibus Bononiâ Mirandulam: in ditione Ragonum est.

D V-

Nonantula: *Nonantola*, muris firmissimis munita, sed Sanctorum reliquiis potentiùs instructa: hîc quondam nobile cœnobium. Fuit olim ditionis Bononiensis, postea Vrbinatis, denique Mutinensis.

C A-

MARZALIA: *Marzaglia*, in viâ *Æmiliâ* ad Seciæ Fl. ripam.

HERBERIA, aliter Ruberia: *Rubiera*, seu *Ruiera*, quam aliqui sic dictam volunt quasi Riperia; vrbs permunita, & vallata firmissimis propugnaculis: patria fuit Antonij Codri viri doctissimi, qui suum epitaphium scripsit: *Codrus eram*, &c.

T V S

SCANDIANVM: *Scandiano*, perlautum oppidum Leandro, Marchionatus caput viginti millium nummorum annui redditus.

M V-

Turricula: *Torricella*, non inhonestum oppidum Leandro.

Casalium Magnum: *Casale Grande*.

Formiginis: *Formigine*, patria Andreæ Formigenæ maximi Architecti.

- Castellum Nouum: *Castro Nuovo*.
- T I- FANVM, seu PONS S. AMBROSII: *Sant Ambrogio*, vel *Ponte Sant-Ambrogio*, ad Fl. *Panaro*, memorabilis pugna anni 1249. Mutinenses inter & Bononienfes, in qua captus est filius Friderici II. Rex Sardinia.
- NEN- SPILIBERTVM, aliter Fanum S. Lamberti, & SPINVM LAMBERTI *Spiliberto*, vel *Spilamberto*, Marchionatus caput Rangonum ditissimorum, quorum reditus octoginta aureorum millia superare dicuntur.
- SIS. Sauinianum: *Sauignano*.
 Montaniana: *Montagnana*.
 VINIOLA: *Vignuola*, apud Luitprandum Ticinensem Neniola dicta, celebris pugnis & cladibus Mutinensium, & Bononensium.
- FLV- GAYA: *Gaya*, Marchionatus titulo illustris, vrbecula
 VII. } PANARVS: *Panaro*, olim Scultenna.
 } Secius: *Secchia*.
 } Incile Mutinense: *le Canal de Modene*.

N V M. 2. Ducatus Rhegiensis.

- V R- RHEGIVM: *Reggio*, nobis *Regge*, olim Rhegium Lepidi. Nulla ferè eius mentio ante Longobardos ex Italia eiectos, tum enim videtur reparata circa annum 800. anno autem 1314. nouis mœnibus est circumscripta:
- BES vrbs est lauta & frequens, & diues. Hic credunt nonnulli sepultum Prosperum Rhegiensem, quem huius vrbs Episcopum Leander putat. Eluitur Fl. *Tarua*, non *Cruſtolo*, vt putat Leander.
- D V- Gualterum: *Gualtero*, & *Gualtieri*, oppidum amplum, diues & populo refertissimum, versus limitem Mantuanum, Marchionatus caput, Bentiuoliorum.
- C A- BRIXILLVM & Brixellum: *Bresselo*, ad Lenzæ Fl. in Padum confluentias; olim ciuitas solo æquata à Longobardis, nunc egregiè muris, & præfidiariis instructa in limite Mantuano, ex quo pendet quoad ius primum.
- T V S Castrum nouum Rheginense: *Castro Nuovo*, ad discrimen
- NNnnn iij

- men alterius in Carferonianâ.
- Montecio : *Montecchio*, aliter *Montechino* Marchionatus caput, vrbs satis ampla & potens.
- Mons Altus : *Montalto*, vnde multi vici pendent:
- RHE- QVATVOR } Mons Ianus: *Monte Iano*.
CASTELLA } Mons Lucius: *Monte Lucio*.
li quarto Ca- } Bianellum : *Bianello*, vbi
stelli, à Ma- } Henricus V. exceptus est
thilde condi- } à Comite Mathilde, splen-
ta in quatuor } didè omnino.
collibus vi- } Castellum Vitreum: *Monte*
cinis. } *Vetro*.
- GIEN- } pertinent
quatuor
hæc ca-
stra ad
Comi-
tes Ca-
nosâ.
- CANOSA: *Canosâ*, munitissimum situ Castellum, vbi Gregorius VII. abditus est contra vim & furias Henrici IV. Imp. à Mathilde, quem postea Pontificem eò conuenit hyeme pedibus nudis, & veniam impetrauit. Eius Comes nunc potentissimus est, & aliquot ditiones tenet in hac ditione Mutinensi.
- SIS. PREDÀ: *la Preda*, Marchionatus honestissimi caput in familiâ Pepolarum.
- Rebeccum: *Rebecca*.
Valisinerà: *Valisinerà*.
Busiana: *Buzana*, &c. } In Montanis versus Apenninum & Tusciæ limitem.
- FLV- } Crustolus: *Crostolo*, per incile iunctus *Lenzæ* Fl.
VII. } Taruus: *Tarna*, Rheggium alluens.
Lentius: *Lenza*, ditionem hanc à Parmensi separans.
Secius: *Secchia*, oritur ex hac regione.

NVM. 3. De *Friniana*, Frignana.

- VR- } SESTVLA: *Sestola*, vrbs ampla & munita, præfesti sedes,
qui totam inde Frinianam regit.
- FANVM S. ANDREÆ: *Sant-Andrea*, nobis *S. André*,
munita quoque vrbs ad radicem montis Apennini, ad
quam non procul metallicæ ferri nobiles.
- BES } A QVARTVM: *Acquaria*, medicatis aquis nobile oppi-
dum.

FRI- Mons Cuculus: *Monte-Cuculo*, unde Comites celeberrimi nomen habent.

NIA- }
 Medola: *Medola* }
 NÆ. } Fananum: *Fanano* }
 Trinianum: *Trignano* } exigui nominis oppida sunt, & parum in historiis celebrata.

MON- }
 TES. } ZIBBIVS: *Monte Zibbo*.
 D. PELEGRINI: *Monte San-Pelegrino*, olim Lætus dictus.
 BALISTA olim, nunc *Balestra* vulgò.

FLV- }
 VII. } Panarus: *Panaro*, olim *Scultenna*.
 Dardanius: *Dardagna*, cadens in Panarum.
 Draco: *Dragone*, cadens in Secium *Secchia*.

NUM. 4. De Carferoniana, seu Grafianiana, Carfagnana.

VR- }
 BES } CASTRUM NOVVM, cognomento Grafinianum: *Castro Nuovo di Carfagnana*, vbi *Torrata Fl.* cadit in *Anserem* seu *Sercium Serchio*; hic arx munita prorsus cum magno præsidio, vulgò *Mons Alphonsus Mont-Alphonso*: vrbis nobilis, luculenta & mercatoribus frequens, olim ditionis Bononiensium.

GRA- }
 FI- } TERRASANVM: *Terrazano*, vrbis populosa, & munita, cum luculento præsidio, in limite Magni Ducis.

NIA- }
 NÆ. } Fanum S. Donini: *San-Domino*, in limite Lunensi, & Magni Ducis, locus quoque sat munitus, & diligenter asservatus.

} Verrucula: *Verrucola*, quam arcem inuictam *Leander* appellat, olim in ditione Principum *Malespinæ*, cum aliquot minoribus locis.

} Metallum: *Metello*.

} Rupecula: *Rocca*.

} Campus Grandis: *Campo Grande*.

} Bruccianum: *Brucciano*.

} Silicius: *Silico*.

FLV- } SERCIVS: *Serchio*, olim Anser, de quo in Tusciâ pluri-
 VII. } bus.
 } Turritus Fl. *Torrta*, in Sercium cadens ad Castrum
 } Nouum.

NVM. 5. De Minoribus ditionibus Ducis Mutinensis.

DVCATVS } CORREGIVM: *Corregio*, honestum & perlau-
 CORREGIA- } tum oppidum, & diligenter munitum, di-
 NVS, } ctum olim Spina Ducis Mutinensis: virorum
 nunc Domi- } magnorum patria dicitur à Leandro.
 nium, } Falicum: *Falico*.
*le Duché, ou Sei- } S. Georgij: *San-Georgio*.
 gneurie de Corre- } FANA } S. Blasij: *San-Biaggio*.
 gio. } S. Prosperi: *San-Prospero*.*

PRIN- } CARPI: *Carpi*, vrbs antiqua, & nunc etiam
 VR- } potens, & munita, cum præfecto & firmo
 CI- } præsidio. Fuit diu sub imperio Picorum, de
 BES } quibus in Comitatu Mirandulæ dicemus:
 Sita est ad incile Fl. Secij *Secchia*.
 PA- } NOVI: *Nuovo*, olim arx munitissima, cele-
 DI- } berrima in historiis à rebus hic gestis, quarum
 TIO- } meminit Leander in Ephemeridibus: æqua-
 TVS } ta solo est ab Hercule Duce Ferrariæ.
 NIS } Fanum S. Martini: *San-Martino*, Marchio-
 } natus caput in familiâ Atestinâ ad Fl. Se-
 } cium, locus diues, & amœnus: varias ex-
 } pertus vices: de ruderibus vicinæ vrbs
 } quam indigenæ Ansam Reginam vocant,
 } fabulas suspicor.
 CAR- } FANVM S. FELICIS: *San-Felice*, nobis *S. Felix*,
 PEN- } vrbs ampla & munita cum suo præfecto, qui
 SIS. } in castro non illepedo commoratur.
 } Castellum Finale: *Finale*, conditum à Muti-
 } nensibus anno 1213. patria illustrium viro-
 } rum Leandro, sita in Insula quam efficit Fl.
 } *Panaro*.

la Prin-
cipauté
de Car-
pi. } FLV. } SECIVS: *Secchia.*
VII. } Incile Secij: *le Canal de Secchia*, Carpos alluens.
Incile Rizanum: *Fossa Rizana.*
Panarus: *Panaro.*

SAXVLANA
DITIO,
la Seigneurie de
Sassuolo,
inserta Ducatu
Mutinensi. } SAXVLVM: *Sassuolo*, decem millibus à Mutinâ
oppidum, & castrum munitissimum cum suo
præfecto: situm est inter Fl. Secium, & inci-
le deductum Mutinam. Pij de hac vrbe cum
Duce coram Imperatore fortiter decerta-
runt, lis Mutinensi adjudicata est.
Fanum S. Mariæ Saxulanæ: *S. Maria di Sassuolo*,
locus magnæ pietatis.

ROLIENSIS
COMITA-
TVS,
le Comté de Roly. } ROLIVM, seu Rolum: *Roly*, oppidum tenue, &
tam parui nominis, vt vulgò in tabulis minùs
annotetur: situm est in limite Agrorum Bono-
nienfis, Mutinensis, & Tusci.

§. 5. De ditione *Mirandulanâ*.

SECTIO I. *Històrica huius Regionis.*

NOMEN habet à *Mirandulâ* vrbe, quam dictam volunt ab ad-
mirando partu *Eurides* filiz *Constantij* quam *Manfridus* *Aulicus*
rapuerat, & hinc tres filios vno partu peperisset, quæ omnia fabu-
las sapiunt. Domini huius ditionis primùm *Comites* fuerunt de in-
de *Principes Mirandule*, & *Comites Concordie*, sed *Alexander Picus*
50. millibus aureorum ab Imperatore Ducis titulum redemit.

QUANTITAS. *Longitudo* eius desumenda est à sylua *Concor-*
diensî in limite *Mutinensî* ad *Portum* *Vetus Porto Vecchio*, continetq;
septemdecim millia passuum, 8. leucas *Francicas* cum dimidia,
Germanicas 4. cum $\frac{1}{4}$: *Latitudo* à vico *Ronzole*, ad vicum *Tram-*
niucium *Tramuscio*, minuta septem complectitur, idèoque 7. millia
passuum, seu 4. leucas nostrates cum $\frac{1}{2}$, *Germanicas* 2. cum $\frac{1}{4}$, am-
bitus ferè 50. millium passuum est, 25. *Francicarum* leucarum,
Germanicarum 12. cum $\frac{1}{2}$.

QUALITAS. Regio est frumenti & orizæ ferax, quæ in *Venetâ*
potissimùm ditione distrahuntur: neque vina desunt alicuius no-

minis, armenta autem tanto numero, ut ex eorum transitu multam sibi pecuniam Dux conficiat.

MORES. Bellicosi habentur Mirandulani, *euēgēoi*, liberales, faceti, & indolis exquisitæ.

ORIGO DUCVM MIRANDVLANORVM. Ut hîc fabulas omittamus de Manfredo, & Euride filiâ Constantij filij Magni Constantini, de quibus aliqua præmonuimus; certius videtur Picorum familiam esse Mutinensem, cuius iam mentio ob præclara belli facinora ann. Christi 1110. anno deinde 1300. præter propter, Franciscus Picus à Ludouico Cæsare Vicarius Imperij in vrbe Mirandulâ constitutus est, sed hic sublatus est cum filiis duobus à Bonacollo Tyranno qui & Mirandulam euertit: superfuit ex eâ clade Nicolaus qui Prendipartem genuit, hic Paulum, hic Franciscum, hic Ioannem & Franciscum, quos Fridericus tertius Concordiæ Comites creauit: ex Francisco natus Ioannes, Franciscus, ex quo natus Nicolaus, ex quo Ioannes, ex quo Ioannes Franciscus qui arcem Mirandulanam communiuit; cuius tibi stemma exhibemus rei nostræ non inutile.

IOAN- NES FRAN- CIS- CVS	GALEOTVS Primus.	IOANNES FRANCISCVS	ALBERTVS cum patre à Galeoto cæsus.
		Princeps expulsus à fratre Ludouico, re- stitutus à Iulio II. & tandem cæsus à Ga- leoto II. in Ecclesiâ coram imagine Cru- cifixi.	
qui ar- cem Miran- dula- nam muni- uit.	GALEOTVS Primus.	LVDOVICVS	IOANNES. } qui in exi- THOMAS. } lio conse- PAVLVS. } nuerunt.
		qui fratrem expulit, & ab eo vicif- sim eiectus est.	
		GALEOTVS II.	ALE- XANDER } natus ex Fuluiâ } Corregiâ }
		FRANCISCVS.	
		FRIDERICVS.	Galeotus nothus. Et 3. filiz; nûc illa fa- milia dici- tur conci- disse.
		ANTONIUS MARIA Magnus Imperator.	
		IOANNES PICVS vir vnde quaque doctus, qui anno 33. Florentiæ obiit, anno Christi 1464. & sepultus est in veste P.P. Dominicanorum.	

POLITIA. Habuit Dux ille ditionem suam fiduciariam ab vno Imperatore cum iure cudendæ pecuniæ, quâ vsus est aliquando non sine probro, quasi cuderetur hic adulterina; quare vicini Principes eius vsus in suis ditionibus interdixere. Vix tria subditorum millia armare potest. Tuebatur partes Hispanas, & ab eo pensionis nomine sex aureorum millia recipiebat, cum alâ Cataphractorum equitum in regno Neapolitano. 300. millia annui redditus ex ditione suâ recipiebat.

SECT. II. *Descriptio Geographica ditionis Mirandulane.*

- VR- } MIRANDVLA: *Mirandola*, nobis *la Mirandole*, aut *la Mirande*, de cuius origine fabulam supra attigimus.
 BES }
 DE- } Olim fuit admodum exigua & castrum dumtaxat, cuius locus dicitur etiamnum *Castelleto*, adiectus ei
 TIO- } burgus qui postea muris cinctus est: nunc 7. aggeribus regis vallata est, & arce permunitâ cum castro
 NIS } quod vocant *la Rocca*, cum 4. propugnaculis excitatis dum urbem obsedit Iulius III. dicunturque castra
 MI- } S. Michaelis, S. Iustinæ, S. Martini, & S. Antonij.
 RAN- } CONCORDIA: *Concordia*, nobis *Concorde*, Comitatus caput creati à Sigismundo Imperatore. Locus olim
 DV- } permunitus fuit, sed dissectus à Galcoto II. filio Ludouici, postea tamen vrbs reparata est, & in dies la-
 LA- } tior euadit, ad Fl. Secium *Secchia*.
 NÆ. } Quadraginta: *Quarantula*: ita dicta à Quadraginta liberis nobilibus oriundis ex Manfredò, de quo supra, & ex eâ familiâ orti dicuntur esse Pici, Pij, Manfredi, & alij. Fit sæpe mentio Aulæ Quarantulanæ in historiâ Italicâ.
 FLV- } Portus Verus: *Porto Vecchio*, in limite Ferrariensi.
 VII. } SECIVS: *Secchia*, ad quem fixa Concordia: hic mox labitur in agrum Mantuanum, vbi cadit in Padum.
 } Quarantulana Fossa: *Fossa di Quarantula*.
 } Refana Fossa, hunc agrum dirimens à ditione Mutinensi.

§. 6. De ditione Ducis Parmensis, Parmense Italis; le Parme-
san Gallis.

SECTIO I. Historica descriptio eius ditionis.

NVM. 1. NOMEN. Accepit nomen ab vrbe primariâ ditionis eius, quæ etiam fluuius cognomini adiacet Ducatus semper fuit maximè ex quo tota hæc ditione ab vno Principe possidetur, in quam tamen incurrit ditione Malaspinarum, qui possident supremo iure Forum Nouum *Fornouue*, cum 30. burgis; vt hîc taceam agros Palauicini, & Principis Landensis, quos sibi hic Princeps addidit: eius autem ditiones ita se habent in genere, nos hîc tantùm de Longobardicâ ditione agemus, de aliis suo loco differemus.

DITIO- NES DVCIS PAR- MEN- SIS, in Lon- gobardia, Tusciâ, & Regno Neapol.	DVCATVS	{	PARMENSIS: <i>le Duché de Parme.</i>	{	in Patri- monio S. Petri.
			PLACENTINVS: <i>le Duché de Plaisance.</i>		
	COM.	{	CASTRENSIS: <i>le Duché de Castro</i>	{	in Patri- monio S. Petri.
			RONCILIONENSIS: <i>le Comté de Ron- ciglion</i>		
	COMITATVS PINNENSIS:	{	COMITATVS PINNENSIS: <i>Ciuita Penna, in Regno Neapolitano.</i>	{	DITIO PALAVICINORVM: <i>Borgo San-Do- nino.</i>
COMIT. ROSSENENSIS: <i>Rossena.</i>					

NVM. 2. QUANTITAS. Longitudo eius spectatur à vico *Pizzadello* in limite Ducatus Mediolanensis, ad vicum *Gombia* in Comitatu Rossenensi in limite Rhegiensi, quod spatium ad maiorem circulum reuocatum dat 76. millia passuum, 38. leucas Francicas, Germanicas 18.

Latitudo verò à Bastiâ ad Padum in ditione Palauicinâ in limite Cremonensi, ad alterum è fontibus *Tari Fl.* in limite Genuensi, 45. minutorum, hoc est 45. M. passuum, leucarum nostratum $22\frac{1}{2}$, Germanicarum 11. cum $\frac{1}{4}$.

Circuitus ducentorum circiter millium passuum, Francicarum leucarum 100. Germanicarum 50.

NVM. 3. QUALITAS considerari debet in agris duobus Par-

○○○○○

meni & Placentino, ad quos reliqui reuocantur. *Ager Parmensis*, gratissimi est aëris, atque saluberrimi, quare eius indigenæ *μακρό-βιοι* sunt; frumenti quoque, olei, lini, ac vini feracissimus est. Armenta hinc quoque plurima, quare Casei Parmenses in Italiâ magni fiunt: denique in eo nihil ad vitam, nihil ad delicias deest: laudantur quoque Tibialia sericea quæ hinc efferuntur. *Ager Placentinus* eadem emittit quæ Parmensis; sed præterea ferro abundat, & ære, potissimum in Apennino & limite Genuensi. Hic quoque putei aquæ falsæ, ex quibus sal purissimum excoquitur.

NVM. 4. MORES. Tam Parmenses quàm Placentini bellicosi sunt. Parmenses moribus suauioribus sunt, & ferè *εὐχέριοι*: Placentini austeri, & *ἀχέριοι*: omnes solertes, & sagaces, & ad aliquid suscipiendum expeditissimi. Vltiores iniuriarum acerbissimi sunt, & maximè thori nuptialis.

NVM. 5. ORIGO HVIVS STATUS. Quomodo ad Pontificem quondam deuenerit ille Status dicet qui audaciùs de hisce rebus Italicis pronunciare volet. His igitur suppositis Paulus III. Farnesianam domum suam volens euehere Petro Aloisio filio suo dederat Camertium Principatum *Camarino*, extortum ab Hæredibus Francisci Mariæ Roborei, *della Roveré*, & præterea Ne-petensem ditionem, sed tantùm vt cum ad maiora, & altiora promoueret: Nam eas ditiones cum Parmâ & Placentiâ permutauit, quæ à Gallis seruata, Ecclesiæ Romanæ fuerant restituta, cum pensione 12. millium aureorum vt vult Thuanus, 10. vt Onuphrius; Cæsare grauiter id ferente quòd eas vrbes, sed potissimum Placentiam ad Ducatum Mediolanensem spectare quere-retur. Porrò Petrus ille Aloisius homo flagitiosè nequam, & igni-bus dignior quàm tali honore, trucidatus est factione Palaucinorum, Landensium, &c. Placentia capta est à Cæsarianis. Sed eius filius Octavius vir fortissimus, & optimus animos non despondit, & perfecit vt sibi Parma à Iulio III. redderetur. Postea autem se in tutelam Regis Galliæ dedit, quæ res Cæsarem & Regem ite-rum commisit: at demum an. 1556. Cæsari socero suo reconcilia-tus est Cosmi interuentu, immò & reddita Placentia, eâ lege vt arx ab Hispanis seruetur. Obiit Octavius 1586. cum paulò an-tè eius vxor Margarita filia notha Caroli V. Ottone in vrbe suâ dotali mortua esset. Successit patri Alexander magnus illè Dux in Belgio, qui Philippum impulit vt sibi Placentinam arcem restitue-

ret, & Nouariensem agrum assignaret ob dotem matris centies decies & sexies millium aureorum, qui postea restituti sunt ab Hispano, & retracta Nouaria, Duce Parmensi id molestissimè perferente: sed hæc postea.

NVM. 6. PRINCIPES PARMENSES. Eorum omnium synopsis tibi ob oculos collocamus.

PETRVS	OCTAVIVS	ALEXANDER FARNESIUS	RANVCIVS DVX	ALEXANDER Mutus, ideòq; à Principatu exclusus.
ALOYSIVS				
filii Pauli Tertij Pöt. Max.	ex Margarita nothâ Caroli Quinti Imp.	ex MARIA filiâ Eduardi filij EMANVELIS Regis Lusitanie.	VIII. nepte	ODOARDVS } RANVCIVS II. } DVX V. } DVX VI. } OCTAVIVS. } FRANCISCVS MARI.
PRIMVS DVX PARMENSIS.				ODOARDVS Cardinalis. MARGARITA quæ Vincetio Mantuano nupsit; & repudiata quia sterilis.
		ALEXANDER CARDINALIS, qui Caprarolam palatium magnificentissimum excitavit.		

NVM. 7. POLITIA. Vexillifer perpetuus Ecclesiæ dicitur Dux Parmensis, *le Gouverneur*, pendetque à Pontifice, cui quotannis 12. aureorum millia dependit. Percipit annui redditus ducenta aureorum millia, aliquando trecenta. Stipatur 55. peditibus prætorianis, 30. hastatis, reliquis 25. sclopetariis, equitibus quinquaginta levis armaturæ. Decem peditum millia scribere potest, 500. equites è suis subditis. Pendent ab eo Dynastæ plurimi, quorum præcipui Marchiones Soregnæ, Salæ, Curæ Maioris, Colorni & alij, quorum hæc non est otium nomina recensere.

SECTIO II. *Geographica descriptio eius ditionis.*

NVM. I. *Ducatus Parmensis, Parmese, nobis le Parmesan.*

PARMA: Parma, nobis Parme, peruetusta ciuitas, de cuius origine vide Leandrum, situ plano in viâ Æmiliâ, ædificiis splendida, incolis frequens planè ingeniosis,

- in agro amœno, sita est ad Fl. cognominem qui eam fecat mediam, & triplici ponte in hac vrbe iungitur. Arx eius pentagona ad artem planè extructa est, in quâ tormenta bellica plurima, arma ad 6. hominum millia instruenda. Nihil dicam de hortis, aquis, piscaturis, quibus palatium Ducis instructum est.
- BES** Bagantiolum: *Baganzolo*, non procul à Fl. Parmâ.
- CASTRVM GVELPHVM**: *Castro Guelpho*, in via Æmilia, sic dicta à Guelphis conditoribus.
- Fontanellatum**: *Fontanellato*, illustris familix San-Vitalianorum.
- D V-** Nucetum: *Nocetto*, in historiâ Parmensi celebris vrbe-cula.
- Fanum S. Secundi castrum nobile: *San-Secundo*, à Rubriis olim septum muro, & munitum arce firmissimâ.
- C A-** SORANIA: *Soragna*, cuius incolæ an. 1266. à Mediolanensibus ad Parmenses defecere, cum San-Secundianis, & Nucetensibus: perlautum oppidum & Marchionatus caput Luporum, *des Lupi*.
- Turricula: *Torricella*, oppidum perhonestum.
- Gronia: *Grogna*.
- T V S** Sissa: *Sezza*, Comitum de Terzi.
- Arx Alba: *Rocca Bianca*, castellum permunitum, Comitum Rangoniorum.
- COLVRNVM**: *Colorno*, haud inhonestum oppidum, sic dictum quasi caput Lurni, à torrente Lurno, qui hîc cadit in Parmam: patria virorum fortium & literatorum.
- P A R-** FORVM NOVVM: *Fornova*, nobis *Fornoue*, ad torrentem Spurcanam *Sporzano*, locus memorabilis prælio Caroli VIII. Francorum Regis in confœderatos Italos, quos viribus longè impar deuicit.
- Mons Ranzonis: *Rocca Lanzone* pro *Ranzone*.
- MEN-** Varanum Malagrorum: *Verano di Malagri*, ad discrimen alterius *Verano di Marchese*.
- Fanum S. Andreæ: *Sant-Andrea*.
- MONS CERITVS**, vel Mons Cheruculus: *Monte Chiar-guole*, vrbs permunita, & lauta in limite Rhegiensi,

- olim in ditione Taurellorum.
 Guardafanum: *Guardazone*.
 Torcaria villa: *Torciaria*, ex Sfortiâ Cardinale ad Principem ditio eius deuoluta est.
 Ruppecula: *Rocca*, cognomento *Torciaria*.
 Cossanum: *Cozzano*.
 S I S. } Belfortium: *Belforte*, ad Fl. *Tarum*.
 Berzetum: *Berzeto*, Comitum S. Secundi, vbi tamen Dux præsidium maximum alit, & hoc oppidum diligenter tuetur.
 CORNELIVM castrum: *Corniglio*, munitissimus locus, ad Fl. *Parvam*, quâ aditur ager *Pontremolensis* per *Cissam* syluam.
 Sestronus: *Stirone*.
 TARVS: *Taro*.
 FLV. } Spurcana torrens: *Sporzano*.
 Bagantia: *Baganza*, torrens veriùs quàm fluius.
 VII. } PARMA: *Parma*, præcipuam urbem bifariam dirimens, statim atque *Bagantiam* Fl. hausit.
 Lentia: *Lenza*, aliter *Nenza*.

N V M. 2. Ducatus Placentinus, Piacentino.

- PLACENTIA: *Piacenza*, nobis *Plaisance*, nobilissima olim ciuitas obsidione à *Totilâ* famosa, quando oppidani etiam carnibus humanis vixere: sita nunc est ad *Padum*, & eius suburbia *Resintus* fluuiolus alluit. Arcem habet munitissimam cum veteri castro, tota ipsa propugnaculis præcineta. Hic quoque palatium Ducis luculentum in quo ius redditur.
 V R. } CASTRVM S. IOANNIS: *Castro San-Gioanni*, oppidum lautum quò vsque vestigia viæ *Emiliæ* cernuntur.
 B E S } Burgus Novus: *Borgo Nuovo*.
 D V. } Maseratum: *Maserato*.
 G A. } Mons Callis: *Monti Callo*.
 T V S } Mons Clarus: *Monte Chiaro*.
 P L A. } Burghetum: *Borghetto*.
 C E N. } PONS NYRÆ, aliter *Pontinurum*: *Ponte Nura*, ad vim *Æmi-*

- TINI. } *Æmiliam*, sic dictum à Fl. Nurâ qui ponte iungitur.
 Roncariolum : *Roncaruolo*.
 ARQVATVM : *Arquato*, vino suo famosissimum.
 Magnanum : *Magnano*.
- MON- } *CARCVLVVS* : *Monte Carculo*. } vterque non procul à
 TES. } *TOMARVS* : *Monte Tomaro*. } fontibus Nuræ.
- FLV- } *Tidonius* : *Tidone*, recipiens Nurulam : *Nuretta*.
 VII } *TREBIA* : *Trebia*, paulò supra Placentiam cadens in Pa-
 dum, & valles amoenissimas irrigans.
Resintus : *Resinto*, vrbis Placentinæ suburbia alluens.
- AGRI } *NVRA* : *Nura*.
 } *Clauena* : *Chiauenna*, sic dictus supra viam, nam infrà
 } *Gutta* nominatur, vt ait *Leander*,
 PLA- } *Ranacolla* : *Ranacolla*.
 CEN- } *Lurda* : *Lurda*.
 TINI. } *Selstronus* : *Stirone*.
- VAL- } *TIDONENSIS* : *Val de Tidone*.
 } *TREBIENSIS* : *Val di Trebia*. } à fluuiis quibus e-
 } *PRINENSIS* : *Val di Prino*. } luuntur nomen
 LES. } *NVRENSIS* : *Val di Nura*. } habent.
 } *CLAVENENSIS* : *Val di Chiauenna*.

NVM. 3. *Inferta, seu adiuncta huic ditioni.*

- STA- } *BVRGVVS S. DONINI* : *Borgo San- Donino*, malè
 VR } in tabulis recentibus *San- Domino*; perno-
 TVS } bile olim castrum, ad quod Cœnobium
 BES } *S. Columbani* excisum à *Friderico II.* post
 } & } *cladem Parmensem* : eius mœnia *Dux*
 } *Parmensis* deiecit, quia in medio ditionis
 MAR- } *sux*.
 LO- } *GIBELLVM* : *Gibello* à *Gibellinis* fundatum
 CHIO- } non procul à *Pado* contra castrum *Guel-*
 CA } *phum*. Alij volunt sic dictum à vocibus *Gio*
 NA- } *Bello*, hoc est *situs pulcher* : hîc pugnatum à
 PA- } *Mutinenſibus* & *Cremonenſibus* an. 1228.
 TVS } quâdo hic locus erat in ditione *Rhegiensiu*.

Parall. Geog. Tom. II.

PPPPP

		Monticellum : <i>Monticello</i> , non procul à Pado in ditione Palaucinorum.
PALA-	LAVI-	Poleseum : <i>Polesino</i> , ad Fl. Longenam <i>Onzina</i> .
VICI-	CINI	Curia Maior : <i>Corte Maggiore</i> .
NVS	STA-	BUXETVM : <i>Buffeto</i> , nobile oppidum, anno 1520. à Gallis direptum, quando & capite multatus Marchio Christophorus Palaucinus. Celebratur & Colloquio Pauli III. Pontif. & Caroli V. Imperatoris. Hinc oriundus Matthæus ille Buxentinus Grafatorum terror sub Sfortiâ Duce Mediolanensi.
<i>l'État</i>	TVS.	
<i>Palauci-</i>		
<i>cin.</i>	FLV-	Lurda : <i>Lurda</i> .
	VII.	Longena : <i>Onzina</i> .
		Sestronus : <i>Stirone</i> .
PRIN-		BURGVS VALLIS TARENENSIS : <i>Borgo di val Tarro</i> , ad Fl. Tarum, magno præsidio firmatus, & munitissimus locus ditionis Parmensis.
CIPA-	VR-	
TVS		COMPIANVM : <i>Compiano</i> .
LAN-	BES.	Bardium : <i>Bardi</i> .
DEN-		Casalium : <i>Casale</i> .
SIS,		Sedes Tarenfis : <i>Chiesa di Taro</i> .
<i>Principauté de Landi.</i>	FLV-	TARVS : <i>Taro</i> .
	VII.	Tarulus, <i>Tarola</i> , aliter Tarus minor.
		Cenus : <i>Ceno</i> , cadens in Tarum.
		Valdenus : <i>Valdena</i> .
COMITATVS		ROSSENA : <i>Rossena</i> , munitissimus locus quondam Principis Corregiani, ab hac parte contra Mutinensem propugnaculum.
ROSSENÆ,		Bazanum : <i>Bazano</i> .
<i>Comté de Rossena.</i>		Gombia : <i>Gombia</i> , vicus in limite Rhegensi.
TERRI-		FLORENTIOLA : <i>Fiorenzuola</i> , sat lautum oppidum in viâ Æmiliâ ad Fl. Lurdam <i>Lurda</i> .
TORIVM	OP-	
FLO-	PI-	Castrum novum : <i>Castro Nuovo de Terzi</i> , ad Fl. seu torrentem Longenam, <i>Onzina</i> .
REN-		

TIOLÆ,	} DA.	} Sepionicum Salsum: <i>Sepionico Salso</i> , à fontibus falsis sic dictum, ex quibus sal coquunt indigenæ; in tabulis recentibus perperam hæc duo nomina separantur, & duo supponunt oppida.
Territoire de Fiorenzuola.		

Atque hætenus de Longobardiâ, parte implicatissimâ Italiæ, & quæ Geographos hætenus vehementer torfit; nos ei lucem attulimus quæ huic parti nondum affulserat. Si quid peccauimus, facile fuit inter tot tenebras impingere, atque labi; si quis manum porrexerit, tam auidè capiemus, vt nemo nos pertinaces dicat.

CAPVT QVARTVM.

De Ora Genuensi.

RESPUBLICA Genuensis olim tam potens fuit vt Venetam tantùm non attriuerit, & si victoriâ suâ vt nouisset, penitus subruisset. In Oriente quid fecerint Genuenses contra Turcas & Sarracenos, quis ignorat? Cassam in Tauricâ Cherfoneso nõnne diu tenuerunt? Sed cùm ex iis aliqui Turcas in Europam traiecissent pœnas perfidiæ paucorum luit vniuersa Resp. & nunc precariò viuere potiùs videtur quàm imperare olim *Domina maris* Genua. De Insulâ Corficâ, quæ tota eius est, dicemus capite 10. huius libri.

SECTIO. I. *Historica ditionis Genuensis.*

§. I. *Nomen huius Tractus.*

ANTIQVVM nomen fuit Liguria; recens est *Riuiera di Genoa*, quasi Riparia dicta, quia secundùm maris littus, & ripam extenditur: nos quoque Galli eam dicimus *la Riuere de Gennes*, sed magis propriè *la Coste de Gennes*: aliter *le Genouezat*, vt Itali *Genouese*. Incolæ huius tractus in nostris historiis olim dicebantur *les Gene-*

PPppp ij

nois, sed quia Geneuenses extulere caput, nunc tantum dicuntur
les Gennois.

§. 2. *Quantitas huius regionis.*

Longitudo huius tractus duobus modis considerari potest, vel per lineam rectam ab vrbe Monachio *Monaco*, ad Lunæ rudera, & hæc distantia complectitur 165. mil. passuum, leucas Francicas 82 $\frac{1}{4}$, Germanicas 42. cum $\frac{1}{4}$. Si verò obliquè consideretur à Monachio ad Genuam 85. mille pass. leucæ Franc. 41. & dimidia, Germanicæ 20. $\frac{1}{4}$. à Genuâ ad Lunæ rudera 70. mil. pass. leucæ Francicæ 35. Germanicæ 17. cum dimidia inuenientur.

Latitudo verò *minima* desumitur à Genuâ Buzalam vsque 10. millium pass. vel 5. leucarum Francicarum, & Germ. 2. cum dimidia. *Maxima* verò à Genuâ ad Bettolam 40. mil. pass. 20. leucarum Franc. 10. Germanicarum.

§. 3. *Qualitas huius regionis.*

OLIM Liguria sterilis credita, accedente incolarum industriâ, fertilissima reddita est. Celebrantur tamen potissimum eius vina maximè Tabiana, & Taggina, cæque Apiana dicta, *Muscât*. Magni quoque sit oleum Rapallense *de Rapalo*, nec minùs Planense *de Piano*. Regio inter Genuam & Neruium profus amœna est, aëris gratissimi atque saluberrimi, cultissimi soli, cum tot villis magnificis, vt vna vrbs amœna dici queat.

§. 4. *Mores Genuensium.*

PARVM liberales & hospitaes vulgò creduntur Genuenses, lucro deditissimi, foris splendidi, domi tenaces & parci. Fortes sunt in bellis maritimis, in terrestribus minùs generosi. Seruis vtuntur mancipiis Turcicis non tantum ad priuatas triremes, sed ad domestica munia. Mulieres hîc splendide vestitæ obambulant, iuniores in luxum profusæ, ad pietatem vergente iam ætate pronæ. Hîc virgo vix ante vigesimum annum nubit. Cætera quæ de iis circumferuntur aut omnibus nota sunt, aut falsa. Perfidos credunt eos Galli, quare cum sese Ludouico XI. Regi Galliarum, clientes ob-

culissent, ipse illos dæmoni addixit, tanquam tali domino dignos. De eorum seditionibus, vide Beniamini Itinerarium, vbi leges tum decies mille turres in vrbe fuisse, vnde ciues miserè conficiebant sese.

§. 5. *Origo Reipublicæ Genuensis.*

REIP. suæ initia non promouent Genuenses vltra annum 1100. à quo tempore annis 300. variis factionibus Spinularum *des Spinola*, Auriarum *des Doria*, Fliscorum *des Fiesques*, Grimaldorum *des Grimaldi*, distracta est atque lacerata. Quare Genuenses coacti sunt confugere ad vicinos Principes Henricum VI. Cæsarem, Robertum Andinum Regem Neapolitanum, Reges Franciæ, Mediolanenses Principes sub quorum imperio satis durâ conditione vsi sunt. Tandem virtute Simonis Buccæ Nigræ libertatem recepere excusso Mediolanensium iugo anno 1444. Hic porrò Simon Remp. constituit, & primus Dux electus est, tumque cautum vt qui gessissent magistratus ab anno 1100. à principatu & cæteris magistratibus arcerentur, & eos soli gererent populares qui tum *NOVI* dicti sunt. Sed ortis factionibus inter Fulgosios, & Adornios, res iterum turbata, principatu tamen summo penes populum & *NOVOS* remanente. Donec Octavianus Fulgosius, arce quæ à Gallis tenebatur captâ, & destructâ, XII. viros Reip. ordinandæ creauit, à quibus nomina *Veterum*, & *Nouorum* tolli cœpta sunt. Sed interruptum tam sanctum consilium, Adornis ad se principatum trahentibus. Tandem rem absoluit Andreas Auria qui obtinuit à Carolo V. in gratiam proditoris Gallorum, vt patriæ suæ libertas redderetur, & nouam Reip. formam induxit anno 1528. quâ & *Antiqui*, & *Noui* in partem munerum venerunt, sublati discordiarum nominibus: constitutæ XXVII. familia, XXII. *Nobilitium*, v. *Popularium*, omnibus tamen *Nobilitium* nomen concessum est. Sed postmodum renouatæ sunt lites Antiquorum & Nouorum, his modò vincentibus; modò succumbentibus, donec anno 1575. res arbitrio delegatorum Pontificis, Imperatoris, Regum Franciæ & Hispaniæ Respublica composita est, scriptis capitibus 61. ex quibus nunc satis quietè administratur.

§. 6. *Regimen Politicum Genuensum.*

Dux præcipuus est magistratus, qui publicas ædes, palatium vocant, inhabitat, eique Prætoriani adhibentur quinquaginta Germani, tantumque biennio præest: sequuntur *Octouiri*, vulgò dicti *la Signoria*, qui cum Duce summum consilium faciunt. *Imperator* vnâ cum *Tribunis militaribus* 40: annuâ potestate legionibus præsumt, & optimatum suffragiis creantur, sicut & præcedentes *Octouiri*. Seligitur insuper *Prætor* cum duobus *Legatis*, quorum vnus vt vocant *Fiscalia* tractat, alter *Criminalia*: adiiciuntur *Quinque-viri*, priuatorum iudiciorum in biennium, quam iurisdictionem *Rotam* vocant. Seliguntur etiam *Septemviri* ad lites extra ordinem definiendas. Insuper accedit *Syndicatus Quinque virorum*, (qui viri censores sunt) hi aduersus *Octouiros*, & *Ducem*, exacto magistratu statuunt, edicto proposito, si quis ciuium de eorum iniuriâ queratur. Si conqueritur nemo, edunt edictum de magistratu sanctè obito. Hic quoque aliud collegium *San-Georgianum* dictum anno 1407. institutum, cui Resp. suam incolumitatem debet; eius officium est videre ne priuati cum Rep. contrahentes vllum damnum patiantur. Hæc autem Societas ornata est magnis priuilegiis à Pontificibus, & Imperatoribus, & quicumque in eâ magistratum capessunt, priuilegia eius Societatis se seruaturos iurare coguntur. Præest autem illa, & ius dicit *Locatariis*, vt vocant, siue qui redituum participes sunt. Huic autem *Octouiri* præsumt qui *Protectores* vulgò nominantur, quorum munus est annuum, & sexto quoque mense eliguntur quatuor. Sunt etiam alij *Octouiri* dicti *Quadraginta quatuor*, quia anno 1544. eligi cœperunt, quòd superiores *Octouiri* negotiis expediendis pares non essent. Ex iis duo quotannis mutantur, & prouidere debent, vt res Sodalitatis *San-Georgianæ* promoueantur, atque *Corficam Insulam* cum aliquot ciuitatibus administrant. Dereliquis Magistratibus vide libellum de Principibus *Italiæ*. Vbi nominari videbis 28. Præfecturas *Genuenses*, Vicariatus quinque, Capitanatus tres, Gubernaturam, vt vocant, vnâ, duas Præturas, Commissariatus duos.

§. 7. *Potentia Reip. Genuensis.*

OLIM potentissima fuit, potita aliquot insulis, & diu Tauricâ Chersoneso, Venetâ superior, Pisanæ æmula, & sæpe victrix. In præsentia annui reditus percipit quingenta millia aureorum; olim instruebat octo triremes, nunc tantum sex, quæ vtramque oram Orientalem, & Occidentalem tueantur; si res exigeret centum armaret: olim educere potuit 60. peditum millia, equitum decem millia, nunc etiam alit 28740. indigenarum, 500. Heluetios Friburgenses, 300. Italos, & centum Corsos. Habet & 600. tormenta bellica variis in locis. Vno verbo multa posset, si Genuenses Reip. suæ, quàm priuatis commodis addictiores essent.

§. 8. *De variis Principibus in Remp. Genuensem sibi ius arrogantibus.*

EORVM aliqui partes sibi tantum vendicant, alij vniuersam.

PARTEM eius suam esse ait 1^o. *Dux Sabaudie*, qui suam esse ait Saouanam, quam ait vnum esse ex 7. Marchionatibus à Cæsare Othone Alteramo Saxoni concessis, ex quo se oriundum putat; idem etiam sibi ius arrogat *Dux Saxonie*. 2^o. *Dux Hetruriæ* suam esse putat Sarzanam in agro Tusco, itémque Corsicam Insulam, quam ait esse Pisanorum quorum Remp. occupauit.

TOTAM dicunt esse suam Reges duo, Galliæ, atque Hispaniæ. *Galliæ* quidem *Rex*, inquit Thuanus lib. 12. quia hæc Resp. sese dedit Carolo V I. cui & commissæ sunt arces decem Reipublicæ; quo iure postea vsus Lud. XII. eam bis recuperauit, & Principes Mediolanenses qui eam occupauere, Francos Reges primarios dominos agnouere. vt ostendit Philippus Cominæus. Certè Ludouici XII. nomine Philippus Cliensis 8. annis huic præfuit, quando & rebellauere Genuenses, & domiti arcem quasi frænum acceperere. Sub Francisco I. Octavianus Fulgosius Regis nomine Reip. præfuit, & eo ad Ticinum victo atque capto Gallicum ius & nomen eiurauit.

Hispaniæ Reges suam esse dicunt, quia Duces Mediolanenses hanc quondam vsurparunt, Aurelianensi & Burgundicâ factionibus Galliam lacerantibus. Et verò Carolus V. Imperator impetrare

conatus erat ab Andreâ Auriâ, vt vrbi arcem imponeret, quod cum neglectâ etiam salute Auriâ repudiasset, alium excogitauit modum Genuæ sibi addicendæ. Nam iis emunxit pecuniam, spe ingentis fœnoris, quod & fecit filius eius Philippus, sed vterque miseris Genuensibus illufit fœpius, plurésque vbique terrarum decoquere coëgit; quæ pluribus leges apud Thuanum lib. cxvii. ex quo ista mutuati sumus.

§. 2. De variis ditionibus huic regioni insertis.

SEPTEM præcipuæ numerantur Dynastiæ, seu Principatus, Monachij, Principatus Oneliæ, & Comitatus Marri, Finalij Dynastia, Pontremoliense Territorium, & Marchionatus Toreliæ, Comésque Quensis.

PRINCIPATVS MONACHII, *Principauté de Monaco*, aliter de *Mourgues*: Grimaldorum est. Olim vt volunt Genuenses an. 1214. Monachium ab Imperatore Reip. suæ fuerat attributum, sed fœuientibus Genuæ factionibus Veterum Nobilium & Nouorum, summam sibi auctoritatem hinc Grimaldi vsurparunt, & rerum potiti sunt. Carolus V. Imp. relictis huius ditionis vestigalibus, & addito Marchionatu Campaniæ in Regno Neapolitano Principi Monachij, vrbi & castro præsidium Hispanicum imposuit, & ab Hispanis ad nostram vsque ætatem hæc regiuncula retenta est, Principe hinc precariò tantum dominante, sed ante aliquot annos Honoratus Grimaldus vir fortissimus & prudentissimus graue iugum excussit, Francorumque in partes transiit; ideòque factus est Dux & Patricius Valentinus in Delphinatu, & plus accepit à Rege Franciæ quàm poterat ab Hispano sperare. Percipiebat olim annui redditus octoginta aureorum millia, nunc supra centum recipit. In libello de Principibus Italiæ dicitur idem Corregij Dynastia.

PRINCIPATVS ONELIÆ, & COMITATVS MARRI, *la Principauté d'Oneglia, & le Comté de Marro*, Sabaudicæ ditionis, sed ante aliquot annos vtrâque ditione potiebatur Hispanus, easque seruabat, nunc redditæ sunt Mauricio Sabaudicæ, qui exinde Princeps Oneliæ dictus est.

MARCHIONATVS TORELIÆ, *le Marquisat de Toreglia* supra Genuam, & ultra Apenninum porrigitur; possidetur ab Auriis, les
Do-

Doria, 10. millia aureorum annui redditus reddit. Ad eundem Auriam pertinet Comitatus Ouenfis *le Comté de Louan*, in ora Occidentali Genuæ paulò supra Albingaunum *Albenga*. Et in Regno Neapolitano Principatus Melphitanus, & Comitatus Conzæ, quæ ditiones clientelares sunt Regis Hispaniæ.

MARCHIONATUS FINARII, seu FINALII, *le Marquisat de Final*, fuit olim in ditione Carrectorum, olimque eius loci dominus Galeatius eiectus est à Genuensibus & vrbs euerfa, quòd partes Ducis Mediolanensis Princeps sequutus esset. Sed postea Philippus Maria eum restituit, & filius Galeatij I. Galeatius II. urbem reparauit, & reddidit cultiorem. Ei successit Alphonsus filius qui eiectus ab oppido à ciuibus ob sæuitiam anno 1538. obsessusque in arce 1563. à Duce Genuensium Andreâ Lomelino frustra reclamante Andreâ Auria, qui affinitate iunctus erat Carrectis. Nam Auria Ratisponam adiit ad Imperatorem, & nihil propius abfuit quàm vt inter se committeret Imperatorem, & Genuenses. Tandem Marchio restitutus est inuitis oppidanis. Anno deinde 1571. arx & oppidum ab Hispanis de improviso capta, & aliquandiu seruata, eâ tamen lege, vt iura, & fructus Marchioni reseruentur; sed paulò post Domino videntur omnia fuisse restituta. Anno denique 1602. iterum Finarium occupatum est, Carrectorum familia aut exclusa, aut ad disceptandum ius suum in Aulam Cæsaream amandata. Captus quoque in proximo Medesimus portus, & præsidio firmatus.

PONTREMVLENSIS DITIO, *Territoire de Pontremo'i*, magnâ curâ, & præsidio seruatur ab Hispanis à quibus possidetur. Audio tamen in præsentia hanc urbem cum eius agro venditam esse Genuensibus in eam inhiantibus, & nulli pecuniæ parcituris, vt hanc spinam Hispanicam ex pede Genuensis Reip. reuellant.

SECTIO II. Descriptio Geographica vtriusque oræ Genuensis.

SEIUNGIMVS exinde ditiones insertas de quibus diximus §. superiore, & agemus postea §. 3. hîc enim percurrimus tantùm loca Reip. Genuensi subdita.

§. 1. Ora Genuensis Occidentalis, Riuere du Ponant.

- VINTIMILIA: *Vintimiglia*, nobis *Vintemille*, luculenta ciuitas ad Fl. Rutubam *la Rotta*.
- VR- Fanum S. Remi: *San-Remo*, burgus cultissimus, & diues cum suo Nauali, seu vt aiunt plagâ.
- BES Fanum S. Laurentij: *San-Lorenzo*, burgus quoque & statio non illepida.
- & Portus Mauritius: *Porto Maurizio*, nomine magis quam re Portus. Sequitur ONILIA de quâ postea.
- Ceruus: *Ceruo*.
- OPPL- Andoria: *Andora*, subter quam labitur Merula Fl. Plinij: huius ager feracissimus, collibus vitiferis, & oliuetis distinctus.
- DA ALBINGAVNUM: *Albenga*, ad Fl. *Centa*, qui per vallem amœnissimam defluit: vrbs est lepida & elegans, è cuius regione Insula cognominis *Albingauni* dicta *Isola d'Albengo*, olim *Gallinaria à Gallinis syluestribus*, quibus etiamnum abundat.
- HV- Cerial: *Cerial*, castrum non immunitum.
- IVS Burgetum: *Borgetho*.
- OVV- OVVM: *Louan*, Comitatus caput in ditione Marchionis *Toreliæ de Toreglia*.
- OC- Petra: *Petra*.
- CI- NAVLVM: *Noli*, à Genuensibus & Sabbatis conditum: hanc urbem Episcopalem ciuitatem fecit Innocentius IV. Olim portus commodissimus, & frequens ciuitas atque opulenta, ait *Leander*, sed attrita, quia præsulis sui minas contempisset, quòd ferrum ad Barbaros deferret.
- DEN- Vicus Spotronus: *Spotora*, seu *Spotorno*, & ei adiacens Insula cognominis.
- TA- Vada: *Vadi*, seu *Vai*, portus de quo in Antiquâ.
- SAVONA: *Sauone*, quondam sui iuris cultissima ciuitas, cuius portum corripere Genuenses: multorum Pontificum patria fuit, Gregorij VII. Sixti IV. Iulij II.

- Virgium, aliter Virago, & Voragium, item & Via Virginis: *Varragio*.
- L I S } Cogualetum: *Cogoretto*, Christophori Columbi patria.
 Vultrium: *Voltri*, ad Fl. Cerusam.
 Segestum Occidentale: *Seftri*.
- O R Æ } Fanum S. Petri Arenosi: *San-Pietro di Arena*, vnde incipit regio peramœna Neruium vsque protensa.
- GENVA: *Genoua*, nobis *Gennes*, leniter in collem assurgens, de cuius origine vide si otium est multa fabulosa apud Leandrum. Anno Christi 935. incensa est à Sarracenis, omnes ciues iugulati aut abducti; sed reducti sunt ope Ducis Veneti vrbe magnificentius reparatâ. Supra sex millia passuum in ambitu continere dicitur: portum eius claudit moles sexcentorum passuum, è cuius regione excurrit promontorium cui imposita pharus operis elegantissimi. In vrbe supra cætera palatia eminet palatium Auriarum *des Doria*, magnificentum planè, & Rege dignum. Viæ angustæ sunt & tenebrôsæ ædificiis in altum nimis assurgentibus.
- M A- } Rutuba: *Rotta*, recipiens Biberam *Bibera*, & alluens Vin-
- RITI- } temiliam.
- M Æ. } Neruius: *Nerua*, per vallem pulcherrimam decurrens.
- FLV- } Imperialis: *Imperiale*, ad Oneliam cadens in mare.
- VII. } Centius: *Centa*, Albingaunum stringens.
 Cerusa: *Chierusa*, ad Vultrium cadens.
 Porcifera: *Pociuera*, vallem elegantissimam rigans.
- LOCA } TABIA castrum: *Taggia*, vino Apiano suo locus celeberrimus.
 Puteus Grimaldi: *Poggio Grimaldi*.
- MEDI- } Paræcia: *Pieua*, paulò infra fontem Centij Fl.
- TER- } Castrum Candidum: *Castro Bianco*.
- R A- } Fanum S. Petri Montani: *San-Pietro del Monte*.
- NEA } Saxulum: *Sassello*.
- } Campus: *Campo*.
- H V- } GAVIVM: *Gavi*, locus permunitus, & lautum oppidum
- IVS } nostrâ ætate percelebre, ad quod magni Imperatoris

- TRA- virtus allisa est: ei adiacet *S. Maria di Gavi*, locus magnæ venerationis.
 Nouum: *Noui*, seu *Nouo*.
- CTVS. Cornelianum: *Corneliano*, vicus Spinularum sic dictus à Rom. Pontifice Cornelio qui hîc dicitur habitasse.
- MON- Toragius: *Toraggio*.
 Mons Grandis: *Monte Grande*.
 Semola: *Zemola*.
- TES. Bergora: *Bergora*.
 Intodanius: *Intodan*.
 Zous: *Zona*.

§. 2. Ora Orientalis Genuensis, Riuiere du Leuant.

- NERVIUM: *Nerui*, vicus peramœnus, vbi regio feracissima, & amœnissima terminatur.
- LO- Buliaſcum: *Bogliasco*, vicus quoque lautissimus.
 Saulum: *Sole*, vicus etiam cultissimus.
 Recca: *Recco*.
- CA Camolium: *Camoglio*, in regione cultissimâ, & Genuensi respondente.
- PORTVS DELPHINI: *Porto Fino*, statio non incommoda.
- & Fanum S. Margaritæ: *Santa Margarita*.
- VR- RAPALVM, *Rapallo*, & *Rapalo*, vnde sinui nomen, & valli feracissimæ Rapallinæ.
- SEGESTVM Orientale, Dantes Sisterium vocat: *Sistri di Leuante*, aut *ἡ δὲ δὲ Sistri*.
- BES MONELIA: *Moneglia*, quasi Monilia, quia videtur collibus vitiferis, quasi monili coronari.
 Oriens: *Leuante*, oppidum recens ait Leander, & splendide admodum ædificatum.
- HV- Mons Ruber: *Monte Rosso*, vino suo celeberrimus.
 Vulnetia, aliter Vernatia: *Vernazzo*.
- IVS Manariola: *Manaruuola*.
- Riuis Maior: *Ri maggiore*, seu *Rio Maggiore*.
- PORTVS VENERIS: *Porto Venere*, colonia olim Genuensis.

- ORÆ - fium, vrbs frequens, & honestissimis ciuibus plena, sed deiecere hanc Genuenses bello Pisano, & Portum Lunæ vocauere, sic *Leander*. Quidam tamen cum Blondo volunt dici Portum Venerij, postquam à Genuensibus illuc deportata sunt ossa S. Venerij Lucensium Episcopi: sed hoc meritò irridet *Leander*, cum longè antea Portus Veneris vrbs illa nuncupata sit.
- M A - SPETIA: *Spezza*, vrbs muris cincta ante annos 350. vnde nunc sinui nomen qui olim Portus Lunæ, descriptus à *Persio*, vt iam ferè omnes arbitrantur.
- RITI - PORTVS ERICIS: hodie *Lerice*, in eodem sinu qui ab hac vrbe aliàs nomen habuit.
- MÆ. BISAMNIS: *Bisagno*, qui ex duobus conficitur Ferisano, & Feritore: ad Genuam cadit.
- FLV - LEVANIA, aliter Labonia, olim & Entellus dictus: *Leuagna*.
- VII. Briniolus: *Bregnolo*, olim Boactes.
Voltranus: *Voltra* cadens in Macram.
- MACRA: *Magra*, fluius huius tractus pulcherrimus, maximus & amplissimus.
- PRO - CAPVT MONTIS: *Capo di Monte*, antiquis Sumarium
MON - Pro. Mons Saxofus, ascensu asper, vbi Sacellum S. Fructuosi augustissimum.
- TO - S. Antonij: *Sant-Antonio*.
- RIA. Coruinum: *Capo del Coruo*, inter sinum Spetia, & ostia Fl. Macra.
- LO - CLAVERINVM, seu Clauerum: *Chiauari*, parum à mari
CA - distitum inter montes confragos situm, annis c1.
ME - ante suam ætatem clausum ab Episcopo Nebiensi, ait
DI - Blondus.
- TER - Lauania vicus: *Lauagna*, ad Fl. cognominem, vnde Comites Flisci, & Leuania nobiles Genuenses.
- RA - Tegulia: *Trigosa*, parum à mari seiuncta.
- NEA. Brunetum: *Brugneto*, ad Votrum Fl.
Rosanium: *Rosagni*, supra montem Apenninum.
- MON - Brunus: *Bruno*, ex cuius radice existit Trebia Fl.
Magius: *Magio*, appendix Apennini.

QQqqq iij,

T E S. } Bouius : *Bouo*, ex quo *Tarola* fluuiolus erumpit.
 } Gottarus : *Gottaro*. } Partes Apennini potius
 } Centum Crucium : *Cento Croce*. } quam montes separati.

§. 3. *Insertæ ditiones in Agrum Genuatem.*

PRINCI- } MONACHIVM : *Monaco*, aliter *Mourgues*, vrbs cum
 PATVS } portu, & castro munitissimo, locus commodissi-
 MONA- } mus, quia eò naues tempestate agitatae etiam in-
 CHII, } uitæ deflectere coguntur, ideóque urbem illam
 la Princi- } Mentonium : *Mentone*, medio pænè inter Mona-
 panté de } chium, & Vintemiliam cursu.
 Mourgues. } Bruna Arx : *Rocca Bruna*, locus exilis huius ditio-
 } nis cum suâ statione.

PRINCIPAT. } ONILIA : *Oneglia* : ad Fl. Imperialem in valle
 ONILIÆ, } fertilissima : olim ab Hispanis occupata, sed
 Princip. d' } iam Sabauda reddita.
 & COMIT. } MARRVM : *Marro*, Comitatus caput in valle
 MARRI, & } fertilissimâ cognomine. quæ duæ ditiones ad
 Comté de } Apenninum productæ agrum Genuatem in-
 Marro. } tersecant.

MARCHIO- } FINARIVM, seu Finalium : *Final*, ita dictum ab
 NATVS } aëris puritate, vt vult Leander, quasi *Fin-air*,
 FINARII, } de quo aliqua diximus in Historicis.
 Marquisat de } Medefimus portus : *Medesimo*, in vicino locus
 Final. } præsidio Hispanico firmatus.
 } Salicetum : *Saliceto*.

MARCHIO- } TORELIA : *Toreglia*, locus eximius, in loco
 NATVS } peramœno situs, non procul à monte Bruno
 TORELIAE, } editissimo.
 Marquisat de } Alia huius ditio-
 Toreglia. } nis loca nobis aut incomperta
 } sunt, aut nullius nominis.

DITIO } PONTREMVLVM, aliter Pons Remuli, olim Apua:
 PONTRE- } *Pontremoli*, Hispani iuris vnâ cum ditio-
 } nis, quam magno volent redemptam Genuenses, nunc se-
 } fe obtulit occasio ex bellis nostræ ætatis. Olim

DITIO MAGNI DUCIS, seu VERA HETRURIA.	VETVS	AGER FLO- REN- TINVS	{	Ditio Florentina cis Apenninum, seu Tusca.	{ Florentia: Florence.
				Ditio Flor. trans Apenninum, seu Romandiola Florentina.	
	NIVM.	AGER PISANVS.	{	Continens. Pifa: <i>Pife.</i>	
				Insulæ. <i>Melloria. Gorgona.</i>	
	NOVVM DOMI- NIVM.	AGER SE- NENSIS	{	Pars Mediterranea: <i>Sienne.</i>	{
Pars Maritima, seu <i>Maremma</i>				<i>Grosseto.</i>	
DITIONES MINORES INSERTÆ IN TUSCIAM	{	Dominium Plumbinense cum Illâ Insulâ.			
		Status Præsidij: <i>Porto Hercole, &c.</i>			
		Comitatus Petiliani: <i>Petiglian.</i>			
		Ditio Radicofania: <i>Radicofani.</i>			
		Patrimonium Sancti Petri, cui insertus Comitatus Castrensis <i>de Castro, & Ronciglione</i> , de quibus in Statu Pontificio.			

§. I. Historica Hetruria.


NVM. I. Nomen.

HETRURIAE nomen hæsit ditioni Magni Ducis, quia præcipua est, & maxima ut præmonuimus. Statuerat & Pontifex Cosmum Magnum Regem Hetruriz creare, sed cum id nimiam Duci conflaret inuidiam destitit: Atenim anno 1559. hunc Magnum Ducem Hetruriz creauit, quæ appellatio deinceps seruata est, licet aliqui Principes reclamarent.

LUNIGIANA verò nomen accepit ab vrbe Luna, cuius iam tantum visuntur rudera.

GRAFINTIANA, aliter CARFERONTIANA *Carfagnana*, nomen habere creditur, à oppido Caferoniano hodie *Petra Santa*, quam vocem ait Leander significare *Posterius Feronium*, vnde nata

VOX



entia
nce.
ras
Città
le.

Co-
cilio-
Pon-

cipuz
num
con-
Dulicèc

siam

no-
ants,
nata
vox

vox est corrupta *Carfignana*. Aliæ voces nihil habent difficultatis.

N V M. 2. *Quantitas Hetrurie.*

NON facilè potest statui, quia huic ditioni multæ infertæ sunt, si tamen omnes eius ditiones coniunctæ essent, *Longitudo* protenderetur à Fl. Macrà paulò supra Sarzanam vbi habet Magnus Dux aliquot loca etiam vltra hunc fluuium, vsque ad vicum Montem Frigidum *Monte Fredo*, ad territorium Vrbeuetanum *d'Oruico*, quod spatium ad mensuram Geographicam reuocatum dat 2. Gradus maioris circuli cum 10. minutis, ideóque 130. millia passuum, leucas Francicas 65. Germanicas 32. cum $\frac{1}{2}$. *Latitudo* verò desumpta à Monte Argentaro, & Promontorio in mare Tuscum excurrente ad Ciuitatem Solis in Romaniolâ reddit 2. gradus cum minutis octo: igitur 128. mil. pass. 64. leucas nostrates, Germanicas 32.

N V M. 3. *Qualitas Hetrurie.*

DITIO MAGNI DVVIS fertilissima est olei, frumenti, vini, leguminum: laudantur in agro Florentino casei Martiolini dicti, qui Martio mense conficiuntur. Celebrantur quoque totâ Italiâ Aretini exquisitissimi saporis. Certè Siennensis ager aleret vniuersam Tusciam si coleretur; sed operis deficientibus iam squallet. Aër vbiq; purus nisi in maritimâ parte Siennensis agri, vbi exteri vix durare queunt. Salutaribus aquis passim scatet. Hic quoque plurimum serici conficitur, maximè ad Radicosanum ob crebras Moros. Denique in agris huius ditionis nascitur argentum, ferrum, æs, atramentum sutorium, alumen, lapides alabastrites, & porphyreticus, atque omnis generis marmora.

DITIO LVGENSIS frumenti non satis est ferax, quare indiget importato; abundat tamen vino, oleo, castaneis, quæ feliciter crescunt in montibus quibus totus ille ager distinctus est. Hic etiam linum tenuissimum colligitur, sed non magnâ copiâ. Vniuersa regio accedente incolarum industriâ amœnissima est, & vilis vbiq; pulcherrimis distincta, siquidem Lucæ nemo paulò ditior qui non habeat æstiuum secessum.

GRAFINIANA reliqua multis in partibus feracissima est, maximè in valle Macrensi, ditione Mutinensi, & Lunegianâ. Marmora Carrarensia quis ignorat? candida in primis, & ad fingendas

statuas exquisitissima. Vno verbo toto in hoc tractu vina generosissima, oleum exquisitissimum, vt taceam de metallicis ferri, & æris ditissimis, ad quæ purganda non defunt ligna in dorso, & radicibus Apennini.

NVM. 4. *De Moribus incolarum huius ditonis.*

FLORENTINI callidissimi sunt, & mercimoniis dediti, in quæ feruntur auidè, etiam nobiles. Diuites sunt in primis ex pannis & serico. Operæ nihil parcunt vt damnum euitent. In præliis optimi & sagaces habentur exploratores: de victoriâ tantum cogitant, de prædâ nihil, quæ virtus eis plerumque saluti fuit. Parci naturâ sunt, & tenaces. Ægrè admodum condonant iniurias, & zelotypiâ laborare dicuntur. Delicatè loquuntur in primis, & dialectus Florentina cæteris Italicis antepositur.

PISANI ad arma olim nati credebantur, omnes fortes, & vitæ prodigi, quæ magnanimitas etiamnum in iis elucet dum incumbunt in rem militarem. Quàm magnam & potentem olim habuere Rempublicam: quæ discordiis potiùs, quàm imbecillitate defecit. Iam eorum plerique literis vacant, & erudito perfruuntur otio, ex quo libertatem amisere.

SENESENS minùs attenti sunt ad rem suam, quàm reliqui Tusci, in victu splendidi, philoxeni, liberales. Nulla gens pro libertate acriùs pugnavit, cuius virtutis venerunt quoque in partem fœminæ. Aliquot annos iugum tulere impatientiùs, sed illud molliuit liberalitate suâ Magnus Dux, dum eis sæpe in annonæ caritate subuenit.

LVCENSES creduntur esse optimæ indolis, ingeniosi, solertes philoxeni, prudentes & libertatis suæ peramantes. Quamquam enim vicinum habeant Principem & cautum & potentem, & qui eis insidiatur (quia Luca olim Pisaniis vt aiunt subdita erat) ita tamen se gessere, vt eos ille non posset inuadere sine manifestâ iniuriâ. Vulgus hic nobiles impensiùs colit. Linguâ vtuntur iam minùs delicatâ. Parci sunt in rebus priuatis, magnifici in publicis.

NVM. 5. *De Principibus Mediceis.*

ANNO Christi 1530. Florentiâ deditâ Carolo V. post diuturnam obsidionem, sicut Imperator cum Pontifice conuenerat Ale-

xium Mediceum nothum Laurentij Ducem creavit. Sed dum ille se gerit impotētius interfectus est à Laurētio ei in Principatu proximo. Verūm dum ille fugit admisso crimine, Mediceæ factionis Principes Cosmum elegerunt tantūm annos 16. natum, qui matre licet dissuadente Principatum adiit, & demum ditionem suam sapientissimè ordinavit. Duxit vxorem filiam Petri Toletani Neapolitani Proregis, & Carolo V. semper charissimus fuit. Senensis Resp. diu luctata Gallis tandem victis & emissis, in potestatem Cæsaris venit primūm, postea à Philippo secundo concessa est Cosmo anno 1557. reseruatīs tantūm aliquot oppidis oræ maritimæ, scilicet Populonij ditione *l'Etat de Piombino*, & Præsidij statu, vbi *Porto Hercole*. Quomodo Cosmum Regem Pontifex creare voluerit, & vt constituerit Magnum Ducem suprà innuimus. Filium suum iugulauit eodem pugione, quo fratrem hic interemerat. Eius sibi profapiam vno aspectu videndam sistimus.

MAGNVS	FRANCISCVS	}	PHILIPPVS qui infans obiit.
	DVX		ELEONORA vxor Ducis Mantuani.
COSMVS	II.	}	MARIA vxor Henrici Magni Francor. Regis.
seu			GARSIAS à patre iugularus.
			IOANNES à fratre Garsiâ confossus.
Primus,	FERDINANDVS	}	COSMVS Tertius Princeps Tusciæ, & hæres.
DVX			
PRIMVS	DVX	}	CAROLVS MEDICÆVS Cardinalis.
TUSCIÆ			III.
			LEOPOLDVS.
			CAROLVS Cardinalis Tusciæ.
			LAVRENTIYS Medicæus.

NVM. 6. De Politia Magni Ducatus Hetruriæ.

Dvx hîc potest omnia, & Consilium eius priuatum ex paucis admodum constat: Indubiis & arduis adhibet Consultores 12. Nobiles, partim Doctores, partim in Legationibus versatos

apud exteros Principes. In rebus bellicis interrogare solet Tribunos militares qui experientiâ cæteris præcellunt. Crimina capitalia ad Cancellarium Principis, & Secretarios solent referri. Florentiæ & Senis nihil immutatum de iure, quo tempore libertatis utebantur.

OPES PRINCIPIS. Ordinarius eiusreditus est, terdecies centena millia ducatorum, hoc est vt loquimur millio vnus cum trecentis ducatorum millibus, ex quâ summâ expendit octies centena millia in præsidia, in peditum, equitumque turmas atque alas. Impensæ maritimæ huc non veniunt in rationem, nam colliguntur ex decimis Cleri, ordine S. Stephani, & spoliis hostium. Cùm res exigit petere potest à suis subditis mutuam summam, modò ea non excedat 5. millia ducatorum, rùmque eis assignat redditus suos vt summam oblatam recuperare queant; sicque facillè, & breui tempore ingentem summam conficere potest, nemine reclamante, aut tergiuersante, ne gratiâ sui Principis excidat. Certè Ferdinandus Dux seposuisse dicitur 10. aut vt alij volunt 20. milliones, præter gemmas, & monilia maximi pretij. Fruitur & in regno Neapolitano Principatu **CAPISTRANI**, ex quo percipit quotannis 27. millia aureorum. Possidet & aliquid in Hispaniâ, quare se adoptari curat inter indigenas diplomate Regio, vt taceam hîc quatuor Palatia Romæ cum 7. millibus aureorum annui fructus.

VIRES MILITARES TERRESTRES. Habet Dux perpetuò descriptam militiam 36. aut 38. millium peditum, qui statis diebus per Tribunos & Centuriones suos ad arma exercentur. Ab hac militiâ nemo excluditur præter Clericos, & Scholares. Qui autem militant magnis fruuntur privilegiis. Potest autem Dux copias illas Florentiam euocare facillè, quia hæc sita est in medio ditionis. Habet & fossores suos atque operas *Gastadours*, quibus vitur tempore pacis ad muniendas, aut instaurandas arces. Prætorianos Heluetios centum habet sui corporis Stipatores armatos lorica, & pila *hallebarde*, Cataphractos equites centum alit, Velites quadringentos, præter nobilium luculentam turmam quæ Principem numquam deserit. Equestres copix mille quingentos non superât, de præfidiariis statui non potest, quia numerus modò augetur, modò minuitur, vt res postulant.

MARITIMÆ VIRES. Mari Dux plurimùm potuit, ex quo Cosmus Magnus à Carolo V. obtinuit Iluam Insulam cedentibus

spontè Apianis. Tum enim portum Ferratum muniuit, & Cosmopolin condidit, vt dicemus in Iluâ Inf. Hic portus maximarum nauium capax, & armamentarium alterum, nam primum Pisis erat. Educebat olim 12. triremes, aliquot hexeres *des Galeasses*, Gaulos maiores duos *deux Galions*, quibus utebatur ad merces subuehendas. Porro ad robur militiæ maritimæ anno 1571. Columbus instituit ordinem S. Stephani, cui præest Dux ipse. Ordo is auctus est multis priuilegiis à Pio V. Pontifice. Equites numerat LX. ex diuersis nationibus, Commendas habet centum, & 30. millia ducatorum. Tormenta bellica plurima in dies conflant, certè 150. Florentiæ pulcherrima visuntur.

NVM. 7. De Lucensi Rep. eiusque Politia.

LUCENSIS ciuitas maximè creuit cùm Castrucio Castricano tyrannidem Florentiæ exercente oppressi ciues Florentiâ excessere, & serici panni cõficiendi artem in hanc urbem potissimùm inuexere. Libertate fruituriam ab anno Christi 1436. Et Reip. huius fundamentum est, Senatus per quem magistratus & leges constituuntur. Sed Senatus ex tribus hominum generibus constat: alij enim Senatores sunt ordinarij, eamque dignitatem per annum exercent; alij extraordinarij, & prout videtur è Rep. à prioribus assumuntur; alij denique subrogantur in locum demortuorum, & eorum quoque annum munus est. Senatores in vniuersum centum sexaginta, vt plurimùm ordinarij centum viginti. Iam ciuitas vniuersa distributa est in 3. partes: 1. dicitur S. Saluatoris: 2. S. Paulini: 3. S. Mauritij, ex tribus his partibus terni seliguntur, qui supremum magistratum constituunt, quem *Signoriam* vocant, quibus additur Vexillifer vulgò *Gonfalonarius*, Reip. caput, qui per vices primò ex primâ parte, deinde ex secundâ, ac demum ex tertia seligitur. Tertio quoque anno eliguntur, & excepto Gonfalonario, singuli dicuntur *Antiani*. La *Signoria* palatio se continet, & sumptibus publicis alitur, nec exire potest sine capitis periculo. Ex iis Commendator eligitur; tres à secretis qui de crimine maiestatis iudicant, & in hac parte Gonfalonario præcellunt. De alijs magistratibus legatur liber de Italiæ Principibus, in quo hi satis accuratè expressi sunt, atque distincti.

VIRES. In ditione suâ numerant Lucenses 18. millia expedito-

rum militum; duo millia ex Grafinianâ educere possunt, qui omnibus Italicis anteponuntur. In vrbe tres Tribuni, singuli in singulis partibus, quibus parent duo millia expeditissimorum hominum. Itaque dum res flagitat momento temporis sex hominum millia disponuntur. Vrbs maioribus propugnaculis vndecim præcingitur & munitur, & in singulis milites 50. cum *Commissario* vt vocant; vrbs hæc accuratissimè seruatur. In vrbe quoque horrea publica quibus Status vniuersus annos duos ali possit, ipsa ciuitas Luca annis septem si obsideretur, quare identidem frumenta, &c. mutantur. Centum milites ab urbano magistratu eliguntur, quorum patria quinque milliariibus absit à ciuitate, sed hi neque Lucenses esse possunt, neque subditi Magni Ducis, neque plures quàm quinque ex eodem oppido, seu vico. Iis capitale est noctu muros vrbs conscendere, solis enim ciuibus custodia vrbs nocturna committitur.

DIVITIÆ. Reditus eius Reip. sunt centum quinquaginta millia aureorum, ex solis vectigalibus serici, salis, farinae, & omnium mercium: hinc quoque ex publicis furnis aliquid pecuniæ conficitur, omnes denique in Remp. benè animati atque libertatem, se suâque omnia commodis publicis libentissimè deuouent.

N V M. 8. *De aliis Principibus Hetruriae.*

REX HISPANIÆ antea duas ditiones habebat, aut seruabat in Hetruriâ, ditionem Plumbinensem cum parte Insulæ Iluæ, & Statum Præsidij, vbi Portus Hercules *Porto Hercule*, Orbitellum, & Telamon Portus *Orbitello*, & *Telamone*. Pendebat harum ditionum regimen à Prorege Neapolitano, quoniam ab eo faciliùs iuari possunt. Nunc Plumbinensem agrum & partem Iluæ perdidit, Galli accuratè seruant.

PRINCEPS MASSÆ, & MARCHIO CARRERÆ ex Cibis oriundus est, qui teste Sansouino origine Græci sunt: ex hac familia orti duo Pontifices summi, & 8. Cardinales. Sub initium huius sæculi huic ditioni præerat Albericus Cibo, quo annitente factus est Principatus, qui antea tantùm Marchionatus erat. Is duxerat Ricardam Malespinam, vnde factum est, vt deinceps Malespinæ nomen Ciborum nomini adiungeretur; ex eâ suscepit Alderanum qui reliquit tres filios, Carolum, Alexandrum, & Ferdinandum,

& ante patrem obiit; in præsentia Carolus rerum potitur. Tractatus de Principibus Italiz ei tribuit annuireditus octoginta aureorum millia; alij quinquaginta, alij denique tantum viginti octo millia. Aiunt etiam eum esse in clientela Regis Hispaniz, & ab eo percipere quotannis tria millia aureorum; ex suis subditis armare posse tria peditem millia, & equites trecentos. In Agro Pisano habet Dominium ANIANI *d' Agnano*, vnde pender à Magno Duce; in Umbria Comitatum FLORENTILLÆ *de Fiorentillo*, vnde à Summo Pontifice; denique in regno Neapolitano Ducatum AIELANVM *d' Aiello*, vnde ab Hispano.

PRINCEPS MALESPINÆ præcipuus primarium habet oppidum Fossam nouam *Fosdinouo*, aliter *Fornouo*, & *Fuordinouo*, eius quæque domus Principes 30. quæ oppidis, quæ burgis, quæ vicis potiuntur in Lunegiana & valle Macrensi, sed ditioni Magni Ducis omnia hæc loca implicata sunt. Domus Malespinarum annuireditus dicitur supra 50. aureorum millia possidere.

COMES PETILIANI ex familia Ursinorum vnicam urbem habet inter Agrum Senensem & Castrensem; annui reditus habere dicunt aliqui 12. millia aureorum; alij tamen ferè octodecim millia ei tribuunt.

DOMINVS POPVLONII, *le Seigneur de Piombino*, & ILVÆ Insulæ, & *de l'Isle d'Elbe*, oriundus est ex Apianis, quorum primus Iacobus Apianus dictus est à pago Apiano in ora Pisanâ, qui cum amanuensisset Petro Senensium Dynastæ, cum postea cum filiis interemit, Galeatio Pisas addixit, qui vt ei gratiam rependeret Populonium cum Insulâ Iluâ ei adiudicauit. Eius Iacobi familia ita se habet.

IACOBVS Primus, Dominus Populo- nij.	G E- RAR- DVS	IA- CO- BVS II.	EMA- NVEL	IA- CO- BVS III.	IA- CO- BVS IV.	IA- CO- BVS V.	IACOBVS VI. nepos Ioan- nis Cardina- lis Saluiati, sub tutela matris reli- ctus.
			THUA- NO,				
			MA- NETVS aliis.				

Nunc obtinetur à Ludouisis, & ditionis eius Dominus dicitur Ludouicus *Ludouisso*. Sub Iacobo VI. Iacobus Lunensis Hispanus Dux Caroli V. Imp. hanc ditionem occupauit, & præsidio fir-
ma-

mauit. Insula quoque Ilua partim Hetruria Duci, partim Hispanis postea cessit, nam hi Portum Longonem munierunt, ille Portum Ferratum vbi Cosmopolim condidit. Sed ante paucos annos Populonio, & Portu Longone eieci sunt Hispani à Francis nostris. Hæc ditio Domino suo ante aliquot annos quadraginta millia aureorum reddebat.

§. 2. Descriptio Geographica Tuscia, seu Hetruria.

N V M. I. De *Grasimiana*, *Carfagnana*.

DITIO DVCIS } Vbi Castrum Nouum: *Castro Nuouo*, de hæc
MVTINENSIS: } ditione egimus Num. 4. §. 4. cap. 3. huius
Carfagnana. } libri, quem locum consule.

DITIO } FILATERRA: *Filaterra*, olim in Malespinarum ditio-
MAGNI } ne; nunc locus munitissimus Ducis contra Ge-
DVCIS } nuenses, & Hispanos Pontremulenses: caput est
IN } Marchionatus.

VALLE } RVPES SIBYLLINA: *Rocca Sibyllina*, oppidum quo-
MAGNI } que munitissimum in eodem tractu.

DVCIS } Maliana: *Magliana*.

IN } Castilio: *Castiglione*.

VALLE } Casulæ: *Casola*, versus ditionem Lucensem.

M A- } Fauitianum: *Finzano*.

CRANA } Verrucula: *Verrucola*, Tusca cognominata.

& AD } Bagnonum: *Bagnone*, ad Fl. cognominem.

FLVVI IN } Bagnonus: *Bagnone*. } Valles pera-
MACRAM } Tauaronius: *Tauarone*. } mœnas de-
CADENTES } Vtella: *Vtella*. } currentes.
Bardinus: *Bardino*.

APEN- } LOCA INCVR- } Iussolium: *Iussolo*. } Trans flu-
NINVM. } RENTIA IN } Riccium: *Ricco*. } uium Ma-
AGRVM GE- } Groppolium: *Grop-* } cram ia-
NVENSEM } poli. } cent.

DITIO M. DVCIS IN- } Arbianum: *Arbiano*. }
SERTA INTER LVNE- } Stadanum: *Stadano*. }
GIANAM ET AGRVM } CAPRIOLA: *Caprignuolo*. }
GENVENSEM. } Villa: *Villa*. }

Parall. Geogr. Tom. II.

SSfff

TERRI-
TORIVM
SARSA-
NENSE,

*le Territoire
de Sarzana,
Genuensis
ditionis.*

SARSANA: *Sarzana*, ciuitas Episcopalis, cui primum Episcopum dedit Nicolaus V. condita ex ruinis Lunæ, vt ait Volaterranus.

Fanum S. Stephani: *Sara-Steffano*.

SARSANELLVM, *Sarzanello*, in colle posita vrbs à Castrucio Lucensium Dynastâ, antea dicta *Batisolis* propugnaculum vt vocabant incolæ, postea egregiè communita à Perino Fregoso Duce Genuensium.

Lunæ rudera: *Luna destrutta*, paulò supra Macræ Fl. ostium.

PRINCIPATVS
MASSÆ, &
MARCHIONA-
TVS CARRE-
RÆ, aliter
LVNEGIANA,

*Stato di Massa, & di
Carrera ò Lunegia-
na.*

MASSA: *Massa*, Lunegiana cognominata, ad discrimen alterius de quâ postea in agro Senensi.

CARREA, olim nunc Carrera: *Carrera*, vnde montes nomen habent, ex quibus marmor effoditur, vulgò dictum malè Genuense; Leander putat hoc marmor dictum esse à voce Tuscâ *Cariara*, quæ Lanam fonat.

Lauentia: *Lauenza*, ad Torrentè cognominè Nucetum: *Noceto*.

Frigidum: *Frigido*, ad Torrentem eiusdem nominis.

Orus Nouus: *Orto Nuovo*.

Graniana: *Gragnana*.

DITIO
PRIN-
CIPVM
MALES-
PINA-
RVM,

*l'Etat des
Malespines.*

FOSSA NOVA: *Fosdinouo*, aliter *Fornouo*, & *Fuordino-uo*, præcipuum oppidum familiæ Malespinarum cultissimum & elegantissimum.

Villa Francica: *Villa-Franca*, ad confluentias Bagnoni in Macram.

Vla: *Vla*, ad confluentias aliquot fluminum in Macram; in nouis tabulis collocatur in ditione Genuensi.

Graniola: *Gragnola*.

DITIO
MAGNI

PETRA SANCTA: *Pietra-Santa*, nobile oppidum vbi olim Fanum Feroniæ, dicta postea Petra Sancta à



i pri-
ita ex
rbs à
Bai-
ostea
e Ge-
lactr
nata,
agro
vnde
mar-
Ge-
r di-
e La-
inè.
dem
Amo-
arum
gno-
Ma-
Ge-
vbi
ta à

DVCIS
INTER
LVNE-
GIA-
NAM,
&
DITIO-
NEM
LVCEN-
SEM.

Desiderio Longobardorum Rege ad abolendam memoriam prophanæ deæ, quasi posterius Feronium. Id tamen negat Volaterranus, & hoc oppidum ait conditum à Lucensibus, & sic dictum quòd pro iis de hoc oppido contra Genuenses Cæsar pronunciaffet.

Saltus Cerui, seu Ceruia: *le Sault de la Biche*, Italis *Salto della Cerna*, domus peramcena M. Ducis Herurizæ.

Arx Motronis: *Mostrone*, ferè ad ostia Fluminis Verfilizæ, *Versiglia*; vetus propugnaculum, olim ademptum Florentinis, & redditum Lucensibus à Carolo Sicilia Rege.

LACVS CERUIA: hodie *Lago di Monte Ignoso*.

DI-
RITO-
RIVM
LV-
CENSE,
CEN-
SIS,

TER-
RITO-
RIVM

LVCA: *Luca*, nobis *Luques en Toscane*, de cuius nomine vide multa fabulosa si otium est apud Leandrum; sita est ad alueum Anseris Fl. *Serchio*, trium millium passuum, cum undecim propugnaculis firmissimis. Circa urbem palatia pulcherrima, & villæ magnificentissimæ, in quibus aliquam anni partem rusticantur Lucenses.

CASA MAIOR: *Cà maggiore*, vrbs lepida & munita, ex cuius pede fluit fluuiolus dictus *Fiume Lucese di Cà maggiore*.

MONTANIOSA: *Montagnoso*, aliter *Mont Ignoso*, vrbs sat honesta in limite Lunegianzæ, & egregiè firmata atque instructa.

Colodium: *Colodi*, ad Fl. Colodum *Coldo* in limite agri Florentini.

*le Lu-
quois.*

Massanicolum: *Massantoli*, vnde lacus nomen habet.

VIARERIVM: *Viaregio*, statio, seu vt vocant plaga, quâ tantùm mare attingunt Lucenses, & omnia sibi necessaria subuehant.

VICARIATVS } MINVCCIANVM: *Minucciano*, oppidum
MINVCCIANVS } in monte situm satis munitum.

	<i>Vicariat, seu Viguerie di Minucciano.</i>	CORSILIANVM: <i>Cusfigliano.</i> Albianum: <i>Albiano.</i>
<i>la Republique de Luques.</i>	VICARIATVS CASTILIONÆVS <i>Vicaria di Castiglione.</i>	CASTILIO: <i>Castiglione</i> , vrbecula munita, opposita Castro Nouo Ducis Mutinensis. Mons & vicus S. Peregrini: <i>San-Pellerino.</i>
FLVII REIP.	SERCIVS, olim Anser, nunc <i>Serchio</i> , per mediam Gratinianam decurrens, & supra Lucam defluens. Lima: <i>Lima</i> , in Sercium cadens. Ossorius: <i>Ozzori</i> , Sercium Fl. connectens cum lacu <i>Bientina</i> , seu <i>di Sesto</i> .	
L V-		
CEN- SIS.		

NVM. 2. De Ditione Magni Ducis, seu tribus Rebuspublicis, aut agris eius ditionem constantibus.

SECT. I. Ditio Florentina, le Florentin.

V R-	FLORENTIA: <i>Fiorenza</i> , nobis <i>Florence</i> , pulcherrima ciuitas, quam in duas partes inæquales scindit Fl. Arnis, & quatuor pontibus eximiis iungitur. A Barbaris olim pessimè accepta magnificè reparata est à Carolo Magno, quieam 150 turribus munit. An. 1287. à Rodolpho Imperatore libertatem redemit sex aureorum millibus, tandem ad Mediceos deuoluta caput eorum ditionis constituit. Ad quinque pass. milia ambitus eius extenditur. Palatium habet antiquum Ducis pulcherrimum, & ditissimum. Arcem item habet vnam <i>Citadellam</i> , & duo propugnacula, vt populus in officio contineatur. Incisa: <i>Ancisa</i> , Francisci Petrarchæ natale solum. Mons Lupi: <i>Monte Lupo</i> , in colle ad confluentias Pefæ in Arnum. Empoliz: <i>Empoli</i> , castrum ad Arnum Fl. Certaldum: <i>Certaldo</i> , ad Fl. Elsam, vnde maiores Bocatij. Fanum S. Miniati, aliter <i>San-Miniatum</i> cognomento Teutonis: <i>San-Miniato</i> , conditum à Desiderio Rege	
B ES		
&		
M I-		
N O-		
R A		
L O-		
C A		
AGRI		
E LO-		

- Longob. & reparatum, ac munitum à Friderico II.
 Collis: *Colle*, vrbecula prope quam nascitur Fl. Elsa.
 Pongibontium: *Poggio Bontio*, olim Bonitium appella-
 tum, à Carolo I. Siciliæ Rege venditum Florentinis.
- REN- Poggium Imperiale: *Poggio Imperiale*.
 Castrum Florentinum: *Castel Fiorentino*.
 Fanum S. Geminiani: *San-Gimignano*, vrbecula lepida,
 & aliquot palatiis ornata: eius vina celebrantur.
- TINI Barberinum: *Barberino*.
 Fanum S. Donati: *San-Donato*.
 Fanum S. Ioannis: *S. Gioanni*, vbi vinum Tribianum
 celeberrimum.
- CIS CAMALDVLORVM COENOBIVM: *Camaldoli*, in altissi-
 mis montibus, vbi viri parem Angelis vitam degunt,
 caput eius Ordinis est.
 Serauallis: *Seraualle*.
 Aluernus Mons: *Monte d' Aluerno*, Stigmatis S. Francisci
 celeberrimus.
- AR- Pons S. Stephani: *Ponte San-Stephano*, vbi Tiberis ponte
 iungitur.
- ARETIVM: *Arezzo*, vrbs olim potentissima, nunc sita in
 campis peramœnis: inde natus Aretinus poëta male-
 dicentissimus. Diu Florentia de Principatu disputa-
 uit cum Episcopo Guidone hîc rerum potente.
- NVM Castilio Aretinus: *Castiglione Aretino*, oppidum frequens
 & perhonestum, Leandro.
- FLV- Angularium: *Angliarth*, celebre victoriâ Florentinorum,
 & viâ quam duxit Guido Petramala Aretinorum Epi-
 scopus.
- VIVM CORTONA: *Cortona*, cuius muri ab Aretinis disiecti,
 quando iugo seruitutis grauissimo vrbs oppressa est.
 Ei dedit Episcopum Ioan. XXII. Aretinæ Diœceseos
 parte imminutâ.
- MONS POLITIANVS: *Monte Pulciano*, amœnum oppi-
 dum in colle situm, patria maximorum virorum An-
 geli Politiani, & Card. Bellarmini.
- FERRI- BVREVS S. SEPVLCHRI: *Borgo di San-Sepulchro*, di-
 TORIVM | tionis Pontificiæ, & oppignerata Florentinis ab

- BURGI S. Eugenio IV. duodecim aureorum millibus:
 SEPVLCHRI. locus est permunitus.
- PISTORIUM: *Pistora*, nobis *Pistore*, non procul à Stella
 Fl. de cuius nomine lege Leandrum suo more fabu-
 lantem. Hæc urbem mœnibus cinxit Desiderius Rex
 Longobardorum, sed hæc difiecta à Florentinis; nunc
 respirat post varios motus.
- BARGA: *Barga*, in monte non procul à Sercio Fl.
 Mons Caroli: *Monte Carlo*, arx munitissima.
- & Altus passus: *Alto Paschio*.
 Bientina: *Bientina*, oppidum vnde lacui nomen.
 Pescia: *Pescia*, ad fluvium cognominem in valle item
 cognomine.
- CARMANIANUM: *Carmignano*.
- SUMMANUM: *Monte Summano*.
- SERAUALLIS: *Seraualle*, in valle Niuolina: *Val Nicuole*.
- VITULINUM: *Monte Vetolini*, in eodem tractu.
- MONS CATINVS: *Monte Catino*, ad quam urbem Vgutio
 Phaseolus victoriam illustrem de Florentinis retulit,
 quando capti plurimi, vrbs expugnata est.
- PRATVM: *Prato*, ad Bisentium Fl. *Bisentio*, conditum à
 Friderico II. numeratur inter quatuor Castra Italiae,
Prato in Toscana, &c. Seruatur hic cingulum B. Virgi-
 nis: An. 1512. à Raymundo Cardona pessimè excepta
 est hæc ciuitas.
- PRATOLINUM: *Pratolino*, peramœnus Ducis secessus &
 magnificentissimus.
- CASTELLUM FRANCUM: *Castel Franco*.
- TERRA NOVA: *Terra Nuova*, oppidum ab Episcopo Areti-
 no olim muris clausum, patria Poggij viri doctissimi.
- FÆSVLÆ: *Fiesoli*, in monte supra Florentiam tribus aut
 quatuor circiter milliaribus; ad hæc urbem olim cen-
 tum millia Gothorum à Stilicone cæsi sunt: vrbs est
 Episcopalis, destructa an. 1024. à Florentinis cum
 Fæsulani agerent diem sacrum S. Romulo.
- MUGELLUM: *Mugello*, oppidum vnde valli nomen *Mugel-
 lano*.
- FANVM S. MARTINI: *San-Martino*, locus munitissimus

- in colle, inchoatus à Magno Cosmo, & deinde perfectus à filio.
- NVM Scarperia, & Scarparia: *Scarperia*, oppidum in planitie, sic dictum quòd situm sit ad pedem, seu vt vocant Itali ad Scarpam Apennini; conditum à Florentinis 1313. concidit horrendo terræ motu ex parte 1342.
- FLV- VALLIS VMBROSA: *Vall' Ombrosa*, nobis *Val Ombrose*, vbi religiosè vixit Ioannes Galbertus Florentinus anno 1070. & nouum vitæ genus religiosum instituit; caput eius ordinis est.
- VIVM
- CIVITAS SOLIS: *Citta di Sole*, vrbs elegans & munita, non procul à Foro Liuio *Forli*, contra Romandiolam, firmissimum propugnaculum incurrens in agros Pontificios.
- VR- BES SAXVM SIMONIS: *Sasso di Simone*, perperam *di Limone*, arx firmissima, crepidini montis affixa, incurrens in agrum Vrbinatem.
- &
- AR- Fanum S. Sophiæ: *Santa Soffia*, inter montes castellum. Castro-Carum: *Castro Caro*, olim Salsabium, quia hic fons aquæ falsæ, teste Blondo, splendidum oppidum.
- CE S Planetum: *Pianeta*, arx in colle munitissima, iuxta quam templum S. Mariæ Planetinæ.
- RO- Duadula: *Duadola*, haud inhonestum oppidum. MAN- Porticus: *Portice*, patria Ambrosij Monachi Camaldulensis, qui egregiam nauauit operam in Concilio Florentino. Iuxtà locus est, quem Infernum vocant, de quo in Miraculis.
- DIO- S. Maria in Balneo: *S. Maria di Bagno*, aliter nudè *Bagno*, sic dictus locus ab aquis medicis.
- LÆ Balneum S. Petri: *S. Petro*, locus pariter amoenissimus.
- FLO- Florentiola: *Fiorenzuola*, oppidum conditum à Florentinis, & egregiè excultum atque elegans, vt ait REN- Leander.
- TI- Petra Mala: *Petra Mala*.
- NÆ Castilio Gattenfis: *Castiglione di Gatte*.
- LACVS BIENTINVS: *di Bientina*, aliter *di Sesto*, ita dictus à AGRI duobus locis, quorum alter Florentinorum est, alter Lucensium. Fv.

FLOREN- FUCECHIVS: *Fucechio*, à Burgo nomen habet, & in
TINI. eum aliquot fluuioli cadunt, quorum præcipuus
Pescia.

FLVII AGRI FLORENTINI.	ARNVS oritur ex Apenni- no, & in circulum actus, Glaniq; coniun- ctus spre- to eius alueo in Occidē- tē vergit, & in eum multi fluuioli cadunt.	A S E P T E N T R I O N E	<p><i>Pescia</i>: <i>Pescia</i>, ad oppidum cognomine. <i>Ombro</i>: <i>Ombrone</i>, ex agro Pistoriensi ortus. <i>Stella</i>: <i>Stella</i>, Pistoriam irrigans. <i>Bisentius</i>: <i>Bisentio</i>, Pratum alluens. <i>Marinus</i>: <i>Marino</i>, Bisentio mixtus. <i>Sterfolus</i>: <i>Sterzolo</i>. } Florentiæ prædia <i>Munio</i>: <i>Mugnone</i>. } irrigantes. <i>Siena</i>: <i>Siene</i>, multis riuulis auctus, par Arno, in eum cadit.</p>
		A M E R I D I E	<p><i>Era</i>: <i>Era</i>, ex Volaterrano agro emergens. <i>Elsa</i>: <i>Elsa</i>, vnde Valli pulcherrimæ nomen. <i>Pesa</i>: <i>Pesa</i>, ad Montem Lupi cadens in Ar- num. <i>Ema</i>: <i>Ema</i>. } simul iuncti infra Floren- <i>Gronius</i>: <i>Grone</i>. } tiam Arno miscentur. <i>Ambra</i>: <i>Ambra</i>, non procul à Glani iungi- tur Arno.</p>

SECTIO II. *Ditio Pisana antiqua, le Pisan.*

VR-
BES
&
MI-
NO-
RA
LO-
PISA: *pisa*, nobis *Pise*, olim potentissimæ Reip. caput,
quæ Sardiniam ex manibus Sarracenorum vindicauit,
Carthaginem domuit, cuius Regem victum ad
Pontificem deduxit, à quo baptizatus est: Regem
Maioricæ Sarracenum cecidit, eiusque filium ac vxo-
rem in vinculis habuit, ac restituit regno. Egregiam
quoque nauauit operam Christianis Orientalibus,
domuit sæpe Genuenses, Pontifices restituit. Ab
Vgolino Tyranno malè excepta est, prodita à popu-
lari suo Florentinis, restituta libertati per Carolum
VIII. Franciæ Regem, demum ad Ducem Hetru-
riæ deuoluta est. Illustrem habet Academiam, & se-
des est equitum S. Stephani. Sita est ad Arnum paulo
antequam cadat in mare.

Parall. Geog. Tom. II.

T T t t

- Fanum S. Petri ad Gradus: *San- Pietro di Gradi*, vbi ser-
uatur lapis in quo tres guttæ sanguinis S. Petri.
- CA } LIGVRNVS PORTUS: *Porto di Linorno*, nobis *Liuourne*, seu
Ligourne, portus olim Pisanorum, sed vrbs diruta est à
Genuensibus, tum pace facta ad Pisanos rediit; inde
Florentinis paruit, vindicata à Carolo VIII. Rege
FRÆCORUM: demum in ditionem Magni Ducis transit
qui eâ vitur pro nauali suo. Præiacet portui in sco-
pulo Pharus, iactaque moles quæ portum claudat:
ORÆ } locus ille quondam cæli grauissimi, nunc gratissimo
fruitur, paludibus exsiccatis: quinque aggeribus præ-
cingitur, & duplici propugnaculo.
- MA- } Fanum S. Saluatoris: *Il Saluatore*.
- VADA: quondam Volaterrana dicta: *Vadi*, sic dicta ab
inflexione littoris, quod enim Romanis est *verro*, hoc
erat Tuscis *vado*, ait Leander.
- RITI- } Bulgarium: *Bolgari* oppidum nonnihil disunctum à lic-
tore, frumenti copiâ, & frugum diues, sed vbi aquæ
dulces ferè defunt.
- MÆ. } Castanicum: *Castagneto*, in colle situm nonnihil à mari
recedente.
- Turris Sancti Vincentij: *Torre à S. Vincenzo*, cuius regio
saltuosa; iuxta rudera magnæ vt putatur vrbs, de quâ
vide Leandrum.
- INSV- } CORSICA: *la Corse*, dicitur ad Pisanos pertinere, ideò
LÆ } que Magnus Dux ei imminet.
- PISA- } LAVMELLVM, olim Mænaria: *Melloria*, Pisanorum
NO- } clade nobilitata, è regione Ligurni.
- RVM. } Vrcos, seu Gorgon: *Gorgona*, in medio mari cum arce
fat munitâ.
- VR- } VOLATERRÆ: *Volterra*, de quâ vide multa apud Lean-
BES } drum; in monte sita non procul ab Erâ, & Cecina flu-
& } minibus. In hac vrbe mons Vlimentum dictus, ex
quo fons fluit, de quo in Miraculis, & de aliis miran-
dis huius agri. Euerfa est olim ab Hungaris, restituta
LO- } ab Othone I. tandem Florentinis cessit, & Duci Ma-
CA } gno.

- Pons Eræ, *Pont à Era*, locus nobilis victoria Florentinorum de Pisanis.
- M E- Verrucula: *Verrucola di Pisa*, in monte olim arx permunita, nunc diruta.
- D I- Collis Saluiati: *Colle Saluiati*, Marchionatus caput.
- T E- Mons Catinus: *Monte Catino*.
- R A- Resinianum: *Resignano*.
- N E A- Mons Viridis: *Monte Verde*.
- AGRI Labianum: *Labiano*, vbi magna copia Atramenti Sutorij *de Vitriol*.
- PISA- Rupes Sillani: *Sillano*, aliter *Rocca di Sillano*, munitissimus
- N I- Fanum S. Armassij: *Sant- Armazzio*, locus amœnissimus, & aquis egregiè riguus.
- FLV- ARNVS: *Arno*, qui hîc in mare defluit, sed priùs duabus
- VII fossis immiffus in lacum Ligurniensem.
- AGRI ERA: *Era*, cadit in Arnum ferè ad pontem Eræ, & recipit multos fluuiolos.
- PISA- Cecina: *Cecina*, in agro Volaterrano natus, ac multis
- N I- fluuiolis, & torrentibus auctus cadit in mare ad Vada: ab eo vallis peramœna, & fertilissima nomen habet.

SECTIO 3. *Ditio Senensis, Territoire de Sienne, aliter le Sienois.*

- V R- SENA: *Sienna*, nobis *Sienne*, nobilis & perantiqua ciuitas, cuius etiam Polybius meminit, vt diximus superiore libro; errat ergo Blondus qui vocat eam urbem nouam, & eius initium reuocat ad Ioannem XVIII. aut Carolum Martellû. Hîc nobilis ædes B. Virginis, cui se addictam ciuitas putat, & litteras etiam ab eâ missas iactitat. Celebris est & natalibus S. Catharinæ Senensis, & B. Ioannis Columbani. Arcem habet pentagonam instructissimam.
- B E S
- &
- L O- Bonus Conuentus: *Bon- Conuento*, vrbecula fat lauta.
- C A- Mons Ilcini: *Monte Ilcino*.
- M I- Mons Alcinol: *Monte Alcino*, vino suo nobile oppidum: à quo non procul Mons Oliuetus inclytus institutione Monachorum qui Montis Oliueti dicuntur,
- N O- RA
- I N

- quos contraxit Bernardus Prolemæus Senensis anno 1407.
- PIENCIA: *Pienza*, facta ciuitas à Pio II. qui antea Æneas Syluius dicebatur, quòd hîc natus esset, patre exulante: dicebatur antea Corfinianum, & anno Christi 1545. ingentem calamitatem ex terræ motu passa est.
- ME- Clusium: *Chiusi*, ad Fl. Glanin *Chiaua*, nunc ruinis deformatum iacet: vide lib. superiorem.
- DI- Palia: *Paglia*, ad Fl. cognominem.
Balnea Petrioli: *Petrinolo*, ægrorum concursu etiamnum celebrata; meminit eorum Martialis.
- TER- Fanum S. Quirici: *San-Quirico*, à Zenobio quodam conditum, ait Leander; olim Vmbro dicebatur locus: castro sat munito iam firmatum est.
- RA- MASSA: *Massa*, Veibeni Massi Principis opus, antiqua vrbs, ad quam inuenta ante aliquot annos pretiosa aluminis fodina: caput est Principatus, qui pendet ex Rege Hispaniæ. Incumbit ei ad Boream Mons Rotundus *Monte Ritondo*.
- NEIS } Suana: *Soana*, in monte, cuius pes duobus fluuiis eluitur: patria fuit Gregorij VII.
- AGRI San-Florinum: *S. Fiore*, Comitatus titulo illustre oppidum.
- MONTVNIATA IVGA, olim Mons Tuniatuſ Catoni, montes Tynni Straboni glandiferi: hodie *Montagnata*.
- SE- VICARIATVS, } RODICOFANVM: *Radicofano*, oppidum permunitum, cõditum à Desiderio Rege Longobardorum, & ab Hadriano Pontif. IV. muris firmissimis cinctum. Habebatur vltimum castrum Patrimonij D. Petro donati à Mathilde.
- NEN- TERRITORIVM }
RODICOFANI, }
clientelæ Pontificiæ. }
- SIS. COMITATVS } PETILIANVM: *Petigliano*, locus naturâ firmissimus inter ditiones summi Pontificis, & Magni Ducis, patrimonium Vrſinorum: de quibus diximus in historicis. }

MARITIMVS TRACTVS AGRI SENENSIS,

	PLV̄-	POPVLONIUM : <i>Populonia destrutta</i> , sic destructum est à Nicetâ Patricio Constantinopolitano Imperatoriæ classis præfecto, vt ab eo tempore numquam surrexit. Tribus abhinc millibus excitatum
MA-	BI-	
RITI-	NEN-	
MVS	SIS	PLVMBINVM : <i>Piombino</i> , ex superioris ruinis, aliter Plumbinaria dicta; vulgus enim Populonium in Plumbinum cōtraxit, vt vult Leander: nunc à Francis obtinetur, antè ab Hispanis, olim & ab Appianis.
AGER	DI-	
CI-	TIO,	
TE-	<i>la Seigneurie de Piombino.</i>	Portus Baratus : <i>Porto Barato</i> , corruptè pro Arato, vt vult Leander, quondam Populoniij portus.
RIOR		Scarlinum : <i>Scarlino</i> , in colle, cuius ager fructuosus in primis.
		Castilio Piscaliæ cognominatus à Monte Piscalo, eò vsque excurrète: <i>Castiglione</i> , vnde lacui nomē.
		Burianum : <i>Buriana</i> , ad lacum prædictum.
		Columna : <i>Colonna</i> , in Mediterraneis.
		GROSSETVM, seu Rossetum : <i>Grosseto</i> , vrbs Episcopalis.
		Vmbro : <i>Vmbro</i> .
MA-		SATVRNIA : <i>Saturnia</i> , non procul à Fl. <i>Albegna</i> , pertinet ad Ducem, sed sub iure clientelari S. Anastasiæ, seu trium fontium Romæ.
RITI-		Sempronianum : <i>Sanprugnano</i> , iuxta quod oritur Albenga Fl.
MVS		Maglianum : <i>Magliano</i> .
		Mons Iani : <i>Monte-Iano</i> .
		Mons Maranus : <i>Monte Marano</i> .
AGER		Capalbium, seu Caput Aluei Blondo, Annio Caput Abantium : <i>Capalbio</i> , aliter <i>Caparbio</i> .
		ANSEDONIA : <i>Ansedonia</i> , vbi olim Cosæ euersæ à Gothis; excitata est à Sironibus Germaniæ populis Desiderio Regi Longobardo militantibus.

		A Legatis Caroli Magni excisa & capta, non sine miraculo allata ad eam S. Anastasij capite. Nunc in eius ruderibus dæmones habitare creduntur ab indigenis.	
vulgò les Maremnes, Italis Maremma.	V L-		
	TE-	ST A-	
		TVS	PORTVS HERCVLIS: <i>Porto Hercole</i> , ad Orientem Argentariæ peninsulæ; vrbs permunita cui incumbit M. Philippi: <i>Monte Philippo</i> .
	RIOR	PRÆ-	MONS ARGENTARIVS: <i>Monte Argentaro</i> , in peninsulâ cognomine, quem Annius ait appellandum esse Volcentarium; sed quæ fides potest adhiberi homini fidei profligatissimæ?
		S I-	Fanum S. Stephani: <i>San-Steffano</i> , ad Occidentem peninsulæ; statio sat comoda.
		D II,	ORBITELLVM: <i>Orbitello</i> , hoc sæculo celebre aduersusque fortunâ nostrâ, oppidum munitissimum in lacu cognomine.
	<i>Maremma di là.</i>	<i>Stato delli Præsidij.</i>	Telamon portus Vetus & Novus, Novus sat munitus est; Vetus deficit: <i>Telamone</i> .


FLV-	V MBRO: <i>Ombrone</i> , hunc agrum irrigans, in quem minores fluuij deuoluuntur.	{ Merfa: <i>Merfa</i> . Farma: <i>Farma</i> . Bozuna: <i>Bozuna</i> . Lerita: <i>Lerita</i> . Orcius: <i>Orcio</i> .
VII		
AGRI	Cornia: <i>Cornia</i> limes agri Senensis & Pisani.	
SE-	Alma: <i>Alma</i> , fluuiolus initium sinus Plumbinensis.	
NEN-	Brunus: <i>Brune</i> , ortus ex montibus Massæ defluens in lacum Castilioneum.	
SIS.	Osa: <i>Osa</i> fluuiolus, veriùs torrens.	
	ALBANIA: <i>Albegna</i> , in finem Telamonensem defluens.	
	PISCIA: <i>Piscia</i> , dirimens partrimonium S. Petri ab agro Senensi.	

- L A-
CVS } CALIDA PALVS : *Caldana Palude*, sic dicta quòd calidas
aquis recipiat. In eam cadit Fl. Cornia.
- AGRI } CASTILIONÆVS LACUS : *Lago di Castiglione*, olim dictus
Aprilis; ab oppido nomen habet.
- S E-
NEN- } Bernardi Lacus : *Lago Bernardo*, ad oppidum Grossetum:
S I S. } *Grosseto*.
- ORBITELLVS, Salsus, se angustis faucibus in mare im-
mittens : *Orbitelli Stagno*, in cuius medio oppidum no-
bis notissimum, & clade nostrâ.
- INSV-
L Æ } ILVA } COSMOPOLIS : *Cosmopoli*, sic dicta à Magno
Cosmo qui eam communiuit arcibus tribus,
vt & Portum Ferratum : *Porto Ferrato*, na-
uium capacissimum, ne piratarum receptus
esset.
- DI- } *l'Isle* } PORTVS LONGONIS : *Porto Longone*, sic dictus
d'Elbe. } quia in lōgum excurrit, ante paucos annos
sicut & Plumbinum creptus Hispanis Gal-
lorum fortitudine, & arte militari.
- TIO- } Volturanum : *Voltorano*, supra Cosmopolim.
Statio Prochiana : *Piaga di Procchio*.
- N I S } Fanum S. Andreae : *Sant-Andrea*, iuxta quod
S. Maria del Monte, locus religiosus.
- INSVLÆ } CERBOLUS : *Cerboli*.
AD } PALMARIOLA : *Palmaruola*.
ILVAM } PLANUSA : *Pianosa*.
- S E-
NEN- } TROIA : *Troia Isola*, vicina admodum oræ Senensi, & præ-
nè è regione ostij Almæ fluuij.
- S I S. } Mons Christi : *Monte Christo*, vbi vrbecula & arx.
Igilium : *Giglio Isola*, nobis *l'Isle des Lys*, vbi ad cohiben-
dos Piratas, & Turcas propugnaculum.
- Insula Hercules : *Isola di Hercole*.
Ganutum : *Gianuti*, cum statione non illepidâ, sed aquâ
& indigenis caret.

CAPVT VI.

De Ditione Pontificia, vulgò Stato della Chiesa, nobis
l'Estat Ecclesiastique.

DITIO SVMMI PONTIFICIS.	PROPRIIVRIS.	IN ITALIA.	DITIO	Campania Romana: <i>Roma.</i>
				Patrimonium S. Petri: <i>Viterbium.</i>
				Ager Sabinus: <i>Maglianum.</i>
			TIO	Ager Oriuetanus: <i>Oriuetum.</i>
			PON-	Co. Ciuit. Castellanzæ; <i>Ciuitas Castellana.</i>
				Vmbria, feu Duc. Spolet. <i>Spoletum.</i>
			TIFI-	Ducatus Vrbinas: <i>Vrbinum.</i>
				Marchia Anconitana: <i>Ancona.</i>
			CIA	Romandiola: <i>Rauenna.</i>
				Ager Bononiensis: <i>Bononia.</i>
	Ducatus Ferrariensis: <i>Ferraria.</i>			
	<i>Stato della Chiesa.</i>	IN- SERTA	{ D. Castrésis. In Patrimoniu S. Petri.	
			{ March. Meldolæ. In Romadiolan.	
			{ March. Montensis. } In Ducatum	
			{ Resp. S. Marini. } Vrbinatem.	
			DVCAT. BENEVENTANVS. In regno Neapolitano.	
			CENEDA. In Foroiuliensi tractu Venetorum.	
			MONTALDO. In Pedemontio.	
		IN GAL-	{ Comit. Auenionensis. } qui in vnum cor-	
		LIA	{ Comit. Vindascinus. } pus coaluerunt.	
	IVRIS	REGNUM NEAPOLITA-	{ Regna vtriusque Si-	
		NVM.	{ cilizæ cis Pharum, &	
		REGNUM SICILIÆ.	{ trans Pharum.	
	CLIEN-	SARDINIA. Aragonicæ ditionis.		
		CORSICA. Ditionis Genuensis.		
	TELA-			
	RIS.	DITIO	{ DVCATVS PARMENSIS.	
		PAR-	{ DVC. PLA- } Hunc sibi Hispanus arro-	
		MEN-	{ CENTINVS. } gat vt Dux Mediolan.	
		SIS.	{ DVCAT. CASTRENSIS. } In Patrimo-	
			{ DVC. RONCILIONÆVS. } nio S. Petri.	



bis

llana.

Perri.

lam.

arum

em.

tano

a.

cor-

runt

e Si-

m, &

arro-

olan,

imo.

Perri.

§.1.

§. I. *Descriptio Historica Status Pontificij.*N V M. I. *Nomen huius regionis.*

TOTVS hic tractus vulgò Status Ecclesiasticus appellatur, seu Dominium temporale, vt aiunt, summi Pontificis, Italis *Stato della Chiesi*, hoc est Cathedræ Pontificiæ: à quibusdam vetustioribus S. Petri Patrimonium; quamquam hæc vox communiter aptetur parti Tusciæ. Reperio hoc Patrimonium S. Petri Latij magnam partem complecti, ideóque Ceperanum castrum ad Liris & Piscinæ confluentias dicitur esse Patrimonij S. Petri limes. Reliqua nomina (paucis exceptis) aut vetusta sunt, aut desumpta à quibusdam vrbibus.

Romandiola nomen recentius, nam antè Flaminia, & Æmia dicta fuit; sicque nominata est à Romanis qui pro Pontifice, & Imperio fortiter dimicassent, licèt tandem Longobardis cedere essent coacti. Hic quoque Exarchatus fuit olim, & pars Pætapoleos, de quibus mox dicemus. Quomodo autem Romandiola laxius extensa fuerit, & Veronam vsque, & paludes Parauinas promota, leges apud Leandrum.

Marchia Anconitana nomen accepit à Longobardis, qui duo Marchionatus in Italiâ constituerunt Taruisinum, & de quo hic questio Anconitanum, sicque ab iis Piceni nomen expunctum est, cuius pars erat Pentapolis.

N V M. 2. *Quantitas dittonis Pontificiæ.*

Longitudo eius ducitur à *Melara* in Ducatu Ferrariensi, ad *Isoletam* in Liri fluuio, & quatuor totos gradus complectitur maioris circuli: igitur milliaria 240. leucas Francicas 120. Germanicas 60.

Latitudo porrigitur à Pro. Circeo ad vicum Palatum, in territorio Ferrariensi, continetque tres gradus cum 48. minutis; ergo milliaria 228. leucas Francicas 114. Germanicas 57.

N V M. 3. *Qualitas huius dittonis.*

CAMPANIA ROMANA. Eius aër parum salubris, tum ob Pom-

ptinas paludes, & solum humidius, tum quia parum cultus; adde etiam rudera quibus malignus aër continetur. Aquæ verò saluberrimæ sunt, maximè verò Tiberis, vt dicemus in Admirandis. In arenâ Anienis reperiuntur lapilli candidi tragematum ad instar, ideòque dicuntur *dragées de Tiuoli*. Regio tota admodum ferax, ac pascuis lata, & si cultores adessent nulli Italicæ regioni decederet: sed ad metendas segetes Longobardi euocandi sunt: vinum Albanum cæteris huius tractus antefertur.

AGER SABINVS, olei atque vini satis ferax. Hinc etiam afferuntur *vne passerine* dictæ sine acinis Corinthiacarum instar, quæ Romæ magni fiunt. De miraculis huius regionis dicemus suo loco.

PATRIMONIUM S. PETRI abundat frumento, vino, oleo: præcellunt cæteris vina *Montis Flusconi*. Hic quoque Balnea plurima inter cætera *Bolicana*, in agro Viterbiensi. Alumen hic quoque vestigalia Pontificis plurimum auget.

VRBEVETANVS AGER, *le Territoire d'Ornieto*, aëris saluberrimi est, vbi nihil etiam ad delicias deest, egregiè riguus est & fertilis.

PERVSINVS AGER, in collibus vinum generosissimum progignit, frumentum in vallibus, lacus tantam piscium copiam, vt toti Italiæ sufficere videatur.

DUCATVS SPOLETINVS, supra modum fertilis; ad urbem *Terni* prata ter & quater falcem sentiunt in anno.

MARCHIA ANCONITANA grauioris aëris in multis locis, sed nihil de antiquâ fertilitate perdidit. Carnes hic exquisiti saporis. Canabis quoque hic laudatur, vnde funes, & lina ex quibus Tela Anconitanæ totâ Italiâ celebres. Cera quoque Anconitanæ cæteris præferuntur ob exquisitissimum candorem.

DUCATVS VRBINI aëre parum salubri vitur, quare indigenæ vix annum 50. attingunt, multi infantes & adolescentes moriuntur; huius tamen casus quidam referunt causam in fructus exquisitissimos, quorum hic summa copia. Ficus illinc suauissimæ effertur: in puteis plerisque aqua salsa reperitur.

ROMANDIOLA, frumenti tam ferax vt sæpe geminos exercitus Hispanorum & Gallorum aluerit sine caritate annonæ. Ad Ceruiam tantum salis conficitur, vt terris Pontificiis ad Boream sit satis, & aliquot aliis regionibus.

BONONIENSIS Ager, tam fertilis vt Bononia dicta sit *la Grassa*:

V V u u u ij

eius quoque vina Apiana laudantur. Abundat & lino ex quo Bissus Bononiensis conficitur. Dat & ferri atque aluminis multum, argenti non nihil. Celebrantur totâ Europâ Tæniæ argenti textiles Bononienses *le passément de Boulogne*, quibus stupidis oculis illuditur. Laudantur quoque Tibialia Bononiensia ex serico, sicut & panni.

FERRARIÆ DUCATVS, frumenta & legumina vicinis etiam populis sufficit. Linum & canabis hîc quoque copiosè proueniunt, Aër paulò crassior est: ex vrbe Comaclo multi pisces saliti per Italiam sparguntur, & variis eius locis ad Padum anguillæ siccatae, totâ Europâ celebres. Hæc tamen regio molestas sentit Padi fluminis inundationes.

NVM. 4. *Mores subditorum Pontificiorum.*

AGRI ROMANI incolæ sicut & VITERBIENSES, & VRBEVETANI nihil habent diuersum in moribus ob vicinitatem. Omnes Curia Romanæ addictissimi, & toti sunt vt in eam promoueant liberos suos. Romani se adhuc gloriantur ad orbem regendum natos, sed eorum plerique putidè prudentes sunt. Ad omnem auram fortunæ mobiles, otiosi, deliciis deditissimi. Vrbs ipsa Roma propter ingentem conuenarum copiam nomine potius quàm re *Sancta* est, vnde extitit illa apud nos parœmia,

Bon cheval ny mauuais homme,

N'amenda iamais à Rome.

SABINI aliquid de moribus antiquis videntur retinuisse, animo enim satis fortes; sed quia voluptatibus dediti otium potius, quàm arma cogitant.

PERVSIINI ingeniosi ferè omnes, liberales, fortes, & ad vtramque palladem facti atque nati. Præcipites vulgò creduntur & temerarij. Pisces lacus sui etiam carnibus anteferunt. Mulieres hîc totæ sunt in eluendis, & poliendis manibus.

SPOLETINI animosi sunt, & omnibus Italis virtute militari præferendi. Odiorum retinentissimi. quæ etiam ad liberos & nepotes cum hæc reditate obueniunt. Certè hîc plerique se auorum vltores, aut proauorum gloriantur.

PICENTES, *ceux de la Marche d'Ancone*, exteros satis humaniter excipiunt, quidquid garriat, & mentiatur recens scriptor. Super-

bè hîc vestiti incedunt, tam viri quàm fœminæ, & suprâ quàm diuitiæ ferant. Sese omnes impensius amant, & omnibus officiis prosequuntur, quod in Italiâ parum vsitatum est.

VRBINATES zelotypiâ supra reliquos Italos dicuntur laborare, erga exteros parum humani, milites sagacissimi, & ad collocandas infidias aptissimi.

RAVENNATES, & omnes Romandiolæ populi robusti sunt, & ad arma omnes pœnè nati, labori deditissimi, industrij, prudentes, sed rebus suis addictiores.

BONONIENSES ingeniosi sunt, & ad artes liberales nati, maxime ad Mathematicas disciplinas: omnes philoxeni, liberales omnes. Equitandi peritiâ se supra cæteros Italos excellere perhibent. Hinc pictores atque sculptores toto orbe celeberrimi.

FERRARIENSES duri, inhumani, crudeles vulgò creduntur, nec eos Principum humanitas potuit emollire. Naturâ item sordidi sunt, & tenaces.

NVM. 5. *Origo Pontificie ditionis.*

DE spiritali Dominio Pontificis nulla difficultas; soli enim Hæretici & Schismatici negant hunc omnibus hominibus præesse in rebus diuinis, & Christianis rectè sentiētibus est Episcopus Romæ, Archiepiscopus Prouinciæ Romanæ, Primas Italiæ, Patriarcha Occidentis, totius orbis Christiani Papa, & summus Pontifex. Sed temporale Dominium quando, & ex quo exiterit non est tam facile statuere. Primò certum est mihi, Donationem Constantini quæ à quibusdam illiteratis profertur, ineptam esse, absurdam, & omnium sibilis explodendam. Quomodo enim Imperatores tam pij Romam obtinuerunt, & ditiones Pontificias retinuerunt sibi, liberisque reliquerūt sine impietatis notâ? & si vera esset, non tantum temporale Dominium, sed & spirituale à Constantino videretur accepisse. Hoc igitur longè certius, liberalitatem illam à Regibus nostris initium duxisse, & Pipinum Caroli Magni patrem victo Æstulpho Longobardorum Rege, Stephano tertio Exarchatum Raennæ concessisse, qui aliter Æmilia dicebatur, continebátque has vrbes (vt liquet ex donatione Ludouici Pij, *Ego Ludouicus*, &c.) Rauennam, Bononiam, Imolam, Fauentiam, Forum Popilij, Forum Liuij, Casenam, Bobium, Ferra-

V Vuuu iij

riam, Comaclum, Hadriam, Ficolas & Caballum. Præterea eadem dono dedisse Pentapolim in quâ idem Ludouicus citatus has vrbes agnoscit, Ariminum, Pisaurum, Concham, Fanum, Senogalliam, Anconam, Anximum, Humanam, Æsium, Forum Sempronij, Montem Feretri, Vrbinum, Territorium Balnense, Calles, Luceolos, Eugubium cum castris ad eas vrbes pertinentibus. CAROLVS MAGNVS capto Desiderio ultimo Longobardorum Rege, & eorum Imperio extincto, donatione patris sui Pipini confirmatâ, adiunxit Territorium Sabinense, Ducatum Spoletinû, & Tusciæ Ducatû, vt ex prædictâ donatione Ludouici liquet, quibus postea Ducatum Beneuentanum attexuit. Denique Ludouicus adiunxit totum Neapolitanum regnum cum Sicilia, Corsicâ, & Sardinia. Quomodo autem Normanni Pontifici submiserint iterum Neapolitanum regnum atque Siciliam, dicemus capite sequenti. Difficultas longè maior de Româ & Ducatu Romano, quo contentos esse agros Latij, seu Capaniæ Romanæ, Vrbeuetanum, Viterbiensem, at totum Patrimonium S. Petri, vnâ cum agro Perusino non malè ex donatione prædicti Ludouici colligitur. Sigonius vir doctissimus putat, has ditiones se sponte Pontifici submisisse, quod innuere videtur antè dicta donatio, vbi dicitur Pontifex tenuisse in potestate suâ, & disposuisse ciuitatem Romanam cum Ducatu suo, &c. neque eam donis aui, aut parentis, aut suis annumerat. Alij tamen aiunt hæc tantùm à Ludouico Pio concessa esse. Quomodo enim hi populi se dedere potuerunt, qui sui iuris non erant, sed Imperatoris; & satis verba ipsa Ludouici hanc donationem arguunt, quidquid tergiuersentur Itali. Verùm eam litem dirimere nobis non licet, sit nobis satis eam proposuisse, & opiniones diuersas insinuasse, ex quibus facilè pronunciare poterit qui nobis audacior erit. Quæres; quid dederit S. Sedi Mathildis Comitissa? respondeo vulgò Patrimonium S. Petri huius donum profertur, sed non ita se res habet, nisi fortè concesserit aliquos agros in hanc ditionem insertos. Quid ergo? Ducatum Ferrariensem anno 1001. sibi ab Imperatore Henrico II. concessum Romano Pontifici dedit, vt postea docebimus numero 8. Donauit præterea agros Mutinensi & Parmensi ditionibus implicatos, maximè cùm non defint viri doctissimi qui ditionem Pontificiam ad Treliam Fl. extendant, vt reuera saltem quoad summû ius promouetur in præsentia, si Mutinensem ditionem excipias, quæ à solo Imperatore pendere

dicitur. De aliis donationibus vt Othonis III. & Henrici res adeò difficilis & implicata, vt de iis nemo statuere nisi temere possit.

N V M. 6. *Politia huius ditionis.*

ELIGEBANTVR olim Pontifices à Clero populòque Romano; Imperatores quoque suam interponebant auctoritatem, & cogebatur Pontifex ab iis petere confirmationem primùm depensâ pecuniâ, mox sine precio: postea Imperatores totum ius creandi Pontificis sibi arrogauere, quo excusso penes Cardinales & Primate aliquot tota electio fuit. Anno 1259. ab Alexandro III. in Concilio Lateranensi statutum vt ille Papa censeretur, qui à tertiâ parte Cardinalium præsentium electus esset, quæ consuetudo viguit vsque ad Martinum V. ad tollendum schisma. Postea Gregorius X. in Concilio Lugdunensi Conclauē (vt vocant) ordinauit, in quo eligitur Pontifex, vel per compromissum, vel per adorationem, vel per scrutinium.

CARDINALES non erant olim plures quàm 53. postea numerus creuit. Vidit Pius IV. 76. Sixtus V. 64. aiunt omnino 72. esse debere ex numero 72. discipulorum Christi Domini. Quando hæc dignitas primùm enata sit nemo facillè dixerit.

ADMINISTRATIO ita se habet. Dataria & Officia Camera, vt vocant antiquitus concedebantur ob merita, nunc verò à Sixti V. Pontificatu venalia sunt. Dicitio Romana ab ipso Pontifice non à Legato administratur. Vmbria per Legatum Perusinum regitur, Româdiola olim separatim Legatū habebat, nunc à Legato Ferrariensi ius ei dicitur. Ducatus Spoletanus & Marchia Anconitana vnâ legationem efficiunt, & Anconitana dicitur. Bononiensis ager suum Legatum habet, sicut dicitio Pontificia in Prouincia suam, vulgò *le Legat d' Auignon.*

IVS IN BENEFICIA. In Germaniâ Canonici & Capitula eligunt Episcopos suos, præterquã in iis locis quæ familiæ Austriacæ sunt, vt & in Hungariæ regno vbi ab Archiducibus nominantur. In Galliâ solius est Regis Episcopos nominare, & præficere quos velit Abbatibus Regalibus. Rex Catholicus in Hispaniâ, Belgio, Indiâ Occidentali, Sardinia, & regno vtriusque Sicilia nominat Episcopos 24. ex conuentione factâ cum Clemente VII. Rex Poloniæ & Lusitaniæ idem quoque sibi ius arrogat, diplomata

tamen confirmationis omnes à Pontifice debent impetrare, quæ censum Pontificis plurimum augent, vt hîc sileam Anatas, & alios eiusmodi modos, quibus Pontificia dignitas honoratior existat.

DIVITIÆ. Varias rationes quibus Pontifices pecuniam conficiunt leges in tractatu de Principibus Italiæ. Hodie 10. milliones librarum nostrarum colligere dicitur. Sixtus V. in Mole Hadriana 4. milliones auri cum dimidio seposuerat ad subitos, atque difficiles Reip. Christianæ casus. In expeditione Ferrariensi, & arcibus ibidem construendâ impensi sunt duo milliones auri à Clemente VIII. reliqua lege loco iam à me citato, vbi videbis Sixtum V. decies octies centena millia coronatorum ex ditionibus suis confecisse, & aliquando duobus annis ab exactionibus quas *Spogli* vocant, octies centena millia coronatorum in Cameram inuexisse.

VIRES. Posset 50. millia conscribere bellatorum expeditissimorum, quidam dicunt 60. peditum millia, equitum 15. sed ex diuturno otio ad fugam sunt quàm ad bellum aptiores, vt ætate nostrâ contigit. Milites stipendiarios iam nullos habet Pontifex præter ducentos Heluetios Prætorianos, & centum equites leuis armaturæ. Habet & 25. Heluetios Rauennæ, 25. in agro Piceno, ac totidem equites. Paucos item Præfidiarios alit in Mole Hadriana, Anconæ & in aliquot arcibus. Bononia ex suis redditibus habet centum stipendiarios Heluetios, ac totidem equites. Olim variis in locis DCCC. Corfos stipendiarios numerabat. Classis eius constat ex 12. triremibus, sed tantùm cum periculum exigit, nam vix septem armaturæ oram vtriusque maris legunt.

SVBDDITI Principes Pontifici, & Magnates hi vulgè dicuntur, ex Vrfinâ domo Braciani, S. Gemini, Onani. Item Columnenses *les Colonnes*, Sabellini *les Saueilli*, Comites *les Comtes*, Caietani, Cæfarini, Vitellij, Aldobrandini, Borghesij, Cesini *les Cefsi*, Barberini, &c.


NVM. 7. De Duce, & Ducatu Vrbinatæ.

GENS Roborea, nobis *de la Roueré*, originem satis humilem habuit ex vrbe Sauonâ, excitata à Sixto IV. à Iulio II. promotæ, Pontificibus aliquot eam euertere nitētibus fortiter restitit. Quomodo autem se habuerit hæc familia, mox edisceas ex stemmate.

Dux

Dux ille vassalus, seu cliens erat Ecclesiæ, eique pendebat octo millia aureorum; quotannis percipiebat ducenta aureorum millia annui redditus. In titulis inscribebat se *Ducem Urbini, Comitem Monfetriz & Eugubij, Pisauri Dynastam, Senogallia Prefectum.* Pisaurum datū erat à Leone X. Laurencino Mediceo. Senogallia allata erat à Francisco Maria I. cuius pater erat Dominus Senogallia. Cætera Imperij feuda credebatur. Fossimbrunū emerat Sixtus IV. à Malatestis. Leo X. abrumper conatus erat huius familia auctoritatem, inducto Laurencino, sed quod fecerat viuis, mortuus seruare non potuit. Rex Hispaniæ pensionem persoluebat annuam XII. millium aureorum, eique concesserat turmam equitum cataphractorum in regno Neapolitano. Tandem deficiente masculâ prole in Francisco Mariâ Roboreo nostra ætate desit. Is enim Urbano VIII. etiam viuis ditionem suam cessit, ne turbæ post mortem concitarentur, licet Dux Hetruriæ, & Leopoldus Archidux vehementer reclamarent.

Stemma Familie Roboreæ.



Parall. Geogr. Tom. II.

XXxxx

N V M. 8. De Duce, & Ducatu Ferrariensi.

PARS hæc Italiæ concessa fuerat summo Pontifici à Regibus Galliæ. Hanc tamen postea Imperatores receperant : nam Henricus III Imperator, sub initium vndecimi sæculi eam Comitissæ Mathildi filiæ Bonifacij Comitis Atestini concessit; hæc sanctæ Sedis reddidit, & à Pontificibus Rom. seruata est ad annum 1195. Exinde enim decertarunt inter se Pontifices & Principes Atestini de hæc ditione, quæ tandem anno 1332. Opizoni secundo relicta est, sicque perseuerauit in ditione Atestinâ. Sub Alphonso I. quando Atestini Mutinâ expulsi sunt, & aliis locis, tamen constantissimè Ferraria seruata est. Demum Cæsar Atestinus filius Alphõsi tertij, hoc Ducatu cedere coactus est, Clemente VIII. cum occupante an. 1598. quoniam pater ex concubinâ susceptus credebatur. Sed possessiones hîc multas obtinuit, & quàm potuit honestissimis conditionibus cum summo Pontifice pactus est, qui in hoc negotium & arce Ferrariæ construendâ duos auri milliones dicitur impendisse. Familiæ Atestinæ stemma repetes ex num. 6. §.4. cap. 3. huius libri, vbi actum de Mutinensi ditione.

N V M. 9. De minoribus ditionibus in Statum Pontificium insertis.

DUCATVS CASTRENSIS, *Duché de Castro*, ditio perantiqua est Farnesiorum, quare hîc videtur Castrum Farnesium *Castel-Farnese* huius familiæ prima domus. Adnectitur ei & COMITATVS RONCILIONÆVS, *Comté de Ronciglion*, vbi Caprarola magnificum Ducis palatium, de quo in Geographicis. Et vtraque hæc ditio vnum agrum conficit, vulgò *Stato del Duca di Parma*.

MARCHIONATVS MONTENSIS, ex Montensium antiquâ familiâ, in Ducatum Vrbinatem inseritur, vt eius Dominus 15. millia annui redditus dicitur percipere.

MARCHIONATVS MELDOLÆ, cum Comitatu Sarsinensi in Romandioliâ iacet, non procul à Foro-Liuiio *Forli*: in familiâ Aldobrandinorum est, & eius dominus 30. millia librarum quotannis recipit.

RESPUBLICA S. MARINI, vulgò *Respublichetta* Ducatu Vrbinate includitur: vnicam habet urbem cognominem, cum tribus aut

quatuor castellis & vicis. Montibus se tuentur eius agri indigenæ. Patronum suum vocabat olim Ducem Vrbinatem, nunc Pontificem, & Remp. Venetam sororem suam dicit.

§. 2. *Descriptio Geographica Pontificie ditionis.*

NVM. I. *De vrbe Roma.*

Hic non repetemus quæ in Veteri diximus, vbi attigimus longè plura quàm huius operis moles postulabat.

VII.	}	S. Petri in Vaticano: <i>S. Pierre.</i>	}	in mon- te Cæ- lio.
ECCLESIAE		S. Pauli via Ostiensi: <i>S. Pol.</i>		
QVÆ RELI-		S. Mariæ Maioris: <i>S. Marie Maiour.</i>		
GIONIS, &		S. Sebastiani: <i>S. Sebastien</i> , extra portam cogno-		
INDVL-		minem.		
GENTIA-		S. Ioan. Lateranensis: <i>S. Iean de Latran.</i>		
RVM CAV-		S. Crucis Hierosolymitanæ: <i>S. Croix</i>		
SA INVI-	<i>de Ierusalem.</i>			
SVNTVR.	S. Laurentij: <i>S. Laurens</i> , extra portā cognominem.			

HOSPI- TALES DOMVS variarum NATIO- NVM.	}	S. Ludouici: <i>Gallorum.</i>
		S. Iacobi: <i>Hispanorum.</i>
		S. Mariæ ab Animâ: <i>Germanorum.</i>
		S. Thomæ: <i>Anglorum.</i>
		S. Petri: <i>Hungarorum.</i>
		S. Birgittæ: <i>Suecorum.</i>
		S. Ioan. & S. Andreæ: 2. <i>Flandrorum.</i>
S. Ioan. Baptistæ: <i>Florentinorum.</i>		
S. Ioan. Baptistæ ad Tiberim: <i>Genuensium.</i>		

COLLE- GIA ROMA- NA NATIO- NVM.	}	Seminarium Romanum: <i>le College Romain.</i>
		Germanorum: <i>le Germanic.</i>
		Anglorum: <i>le College des Anglois.</i>
		Græcorum: <i>le College des Grecs.</i>
		Maronitarum: <i>le College des Maronites du Mont Li-</i> <i>ban.</i>
		Scotorum: <i>le College des Escossois.</i>
Slauiorum: <i>le College des Esclauons.</i>		

BI-
BLIO-
THE-
CÆ. { VATICANA pulcherrima, aucta libris ex Palatinatu,
captâ Hildelbergâ, delatis; cui adiuncta Bibliotheca
Vrsinorum anno 1600.
Columnarum.
Farnesiorum.
Et aliæ.

FORA
SEV
A-
REÆ { VATICANVM: *la place du Vatican.*
NAVONENSIS: *la place Navone.*
CAMPVS FLORÆ: *Campo Fiore Italis*; Aciei Campi Flo-
ra sæpe fit mentio in Diplomatis Pontificiis.
Piscarium.
Olitorium.
Suillum.
Boarium.
&c.

P A-
E A-
T I A. { VATICANI: *le Palais du Pape au Vatican.*
QVIRINALIS: *Monte Cavallo*, locus peramicus:
S. IOAN. LATERANENSIS: *S. Jean de Latran.*
S. LAURENTII in Damaso: *S. Laurens in Damaso.*
Et aliquot { Farnesiorum: *des Farneses.*
Cardinalium { Borghesiorum: *des Borghueses.*
illustrissima { Mediccorum: *des Medicis.*

NVM. 2. *Descriptio Campanie Romanae*: Campagna di Roma.

E O-
C A
M A- { OSTIA: *Ostia*, nobis *Offie*, à Sarracenis diruta, & à Leo-
ne IV. reparata incolis ex Corsicâ accitis. Adiuncta
& arx ad tutelam littoris à Martino V. melius instructa
à Iulio II. cæli grauioris est.
Fanum S. Laurentij: *San-Lorenzo.*
Caput Antij: *Torre di Capo d'Antio*, ad cuius latus Occi-
dentale: *Antio Rouinato.*
Neptunium: *Nettuno*, oppidum ditionis Columnarum
excitatum in littore post Antium euersum, aut repa-
ratum, vt vult Leander.
Astura: *Astura*, olim Insula, nunc continenti adiuncta ad
ostium Fl. cognominis; hîc olim cæsus Tullius, postea
X X x x x iij

- RITI- & Conradinus nepos Friderici II. securi percussus
iubente Rege Neapolitano.
- MA. S. Felicitatis castellum: *S. Felicitas*, vbi olim Circei,
memoriâ Celestini II. Pontificis clarum.
- TERRACINA: *Terracine*, non procul à littore loco pa-
rum salubri sita, ob vicinas paludes Pomptinas.
- FLV- TIBERIS Fl. *Teuero*, nobis *le Tibre*, vt olim sic nunc clu-
uione suâ perniciosus.
- VII. Numicus Fl. *Numico*.
- HV- Astura: *Astura*.
- IVS. FLVII POMP- *Fossa Antico*.
RE- TINAS PALVDES *Fossa Sisto*.
GIO- INVNDANTES *Toppia*, olim Amafenus.
NIS. ATQVE DILVEN- *Baudino*, aliâs Aufens.
TES *Lenola*, &c.
- LA- S. Praxedis: *S. Praxede*, olim Regillus lacus, de quo in
Verere.
- CVS. Castrum Gandulphi: *di Castro Gandulpho*, olim Albanus.
Aricinus, seu Nemorensis: *di Sensano*, & *Nemo*, à duo-
bus oppidis adiunctis. *Specchi di Diana*, quibusdam Ari-
cinus creditur fuisse.
- VR- Coperanum: *Coperano*, limes Agri Romani, & aliâs Pa-
trimonij S. Petri.
- BES. FRVSINVM: *Fresinone*, patria duorum Pontificum Hor-
misdæ, & Syluerij.
- & VERVLVM: *Veroles*, Episcopalis ciuitas in colle.
Alattium: *Alatro*, oppidum antiquissimum.
- MI- Fumonis Castellum: *Fumone*, vbi S. Petrus Moronus
vulgò Cælestinus abdicatâ sede Pontificiâ inclusus
est à Bonifacio VIII. eius successore, ibidemque
mortuus.
- NO- Valmontonium castrum: *Valmontone*, Comitatus caput.
- RA. ANAGNIA: *Anagni*, patria 4. summorum Pontificum,
nunc semirutâ & desolata iacet, ex quo Bonifacium
VIII. popularem suum, hostibus suis prodiderunt in-
digenæ.
- PRÆNESTE: *Palestrina*, Principatus caput, oppidum se-



LE PATRIMOINE DE ST PIERRE
 LA CHAMPAGNE DE ROME
 LES SABINS
 ET LE TERRITOIRE D'ORVIETO

...cussus
 ...ircei,
 ...o pa
 ...clu-
 ...quo in
 ...anus.
 ...à duo
 ...m Ari-
 ...às Pa-
 ...Hor-
 ...ronus
 ...nclusus
 ...émque
 ...caput.
 ...ificum,
 ...facium
 ...unt in-
 ...um fa-

- pe euerſum, ſæpe reſtitutum, ſed anguſtius, & mî-
nûs munitum quàm olim. Iam eſt in ditione Barberi-
norum.
- LO-
Arceolum: *Arzoli*, cuius planities peramœna celebra-
tur à Leandro.
- CA
SVBLACVM, ſeu Sublaqueum: *Subiaco*, quibuſdam So-
lagium, celebris locus ſeceſſu S. Benedicti, vbi vi-
ſunt rudera aquæ ductuum, quibus aqua Romam
deferebatur, ſtupendæ proſus magnificentiæ rudera.
- IN
Caſtrum S. Angeli: *Caſtel Sant-Angelo*, ferè ad ripam
Anienis
- ME-
FANUM S. Praxedis: *S. Praxede*, vnde lacui nomen.
- DI-
TIBVR: *Tiuoli* à Germanis euerſum eſt, ſed à Friderico
Ænobarbo reſtitutum, muri eius ampliati, arcem
munitiſſimam hîc Pius II. extruxit. Cælum habet
temperatiſſimum, quare Romani eò libenter æſtate
conuolant. Circa urbem lapis cœditur duriffimus, &
marmoris inſtar, vulgò *le Trauertin*: hîc palatium ſu-
perbiſſimum Cardinalis S. Hippolyti.
- TER-
SIGNIA: *Segni*, vbi organa inuenta, & modulationes
quibus Rom. vtitur Eccleſia, inquit Petrarcha.
- RA-
SETIA: *Sezza*, vetus oppidum in monticulo, ait Lean-
der.
- NEIS
Foffa Noua: *Foffa-Nuona*, cœnobium Ciſtertienuſium,
nunc penè omnino collapſum, in quo obiit S. Tho-
mas Aquinas; ſeruatum eſt cubiculum vbi expirauit,
& locus vbi primùm ſepultus; iacebat ad Fl. Aſtu-
ram.
- CAM-
PRIVERNVN: *Priperno*, in colle ſitum; vetus Priuernum
à Germanis, & Britonibus exciſum eſt (ait Blondus)
eiuſque ruinae oſtenduntur, dicunturque *Priperno*
Vechio.
- PA-
Arx Sicca: *Rocca Secca*, in quâ triennio clauſus S. Tho-
mas à matre vt ſanctum eius propoſitum euerteret.
Sarminetta: *Sermonetta*, aliter *Sermineto*.
- NIÆ
VELITRÆ: *Ve'tiri*, & *Veletri*, oppidum antiquum, nunc
populo ſatis frequens, ait Leander.
- Rupes Pontificia, ſeu Arx Papalis Leãdro: *Rocca del Papa*.
Ma-

- RO- Marinum: *Marino*, oppidum ditionis Columnarum.
 ALBA: *Albano*, in regione perferaci vineis, & arboribus ad delicias confitâ. In monte Albano visuntur adhuc rudera templi, & castellum modicum ad quod sepulchrum ingens cum pyramidibus quinque, vnâ excelsiore; item & propè rudera amphitheatri, vulgò *Coliseo*.
 Castrum Gandulphi: *Castro Gandulpho*, vnde lacui Albano nomen recens.
- MA- ARICIA: *Ariccia*, nunc nihil habet celebre præter nomen.
 Villa Cæsaris: *Villa di Cesare*, olim Nemorensis lucus adiacet lacui de quo suprâ.
- NAE. TVSCVLVM: *Tusculano*, à copitis Friderici Ænobarbi dirutum oppidum.
 Frascati: *Frascati*, olim Luculli villa, postea Ciceroniâ, vbi fons Aquæ virginis: villæ magnificæ & elegantes, sed præcipuè Pauli III. peramœnus secessus.
 Cripta Ferrata: *Grotta Ferrata*, D. Mariæ cœnobium S. Basilij Græcanici quondam instituti.

NVM. 3. *Patrimonium S. Petri*, Patrimonio di San-Pietro.

Nunc clauditur Piscia Fl. Flore Fl. lineâ ductâ ad oram lacu di *Bolsenâ*, Fl. *Claro Rio Chiaro*, atque Tiberi: quidam etiam eidem adiungunt territorium Oriuetanum, quod huius Patrimonij partem faciunt.

- LO- CIVITAS VETVS: *Civita Vecchia*, nobis *Civita-Vecche*, indigenis Cincellæ quasi Centum-Cellæ, inquit Leander. Centum-Cellæ deletæ sunt à Sarracenis, sed postea instauratæ nomen Ciuitatis Veteris accipere. Cæli grauioris est, iam munitior, & triremium Pontificiarum portus.
- CA
- MA- S. Marinula: *S. Marinella*, vbi vestigia antiquæ vrbs Pyrgi putat Leander; certè hîc templum quod incolæ vocant S. Mariæ fanum Vurganum, seu Purganum.
- RITI-
- MA
- Cœnobium S. Seueræ: *S. Seuera*, in littore instar arcis,
Parall. Geogr. Tom. II. Y Y y y y

- P A- ubi fuisse emporium Cæretanorum suspicatur Lean-
 der.
 Palum: *Palo*.
 TRI- Fanum S. Georgij: *San-Georgio*.
 PORTVS: *Porto*, ciuitas Portuensis dicta, cuius Episco-
 MO- pus vnus ex septem Cardinalibus summo Pontifici
 assistentibus.
 NII. INSVLA SACRA: *Isola Sacra*, quam efficit minor alueus
 Tiberis, vulgò *Fiumicino*, & maior vulgò *Teuere*.
 FLV- Varca: *Valca*, olim Cremera, ex lacu Bacanensi oritur.
 TRILIA: *Triglia*, cadit in Tiberim infra ciuitatemCa-
 stellanam, sed antè recipit *Tercia*, ex lacu Vico pro-
 VII deuntem.
 P A- Piscia: *Piscia*, limes Occidentalis huius Patrimonij.
 Floris: *Fiore*, Castrensem Ducatum eluens.
 TRI- Marta: *Marta*, oritur ex lacu *Bolsenâ*, & recipit *Veia*.
 Minio: *Mignone*, sylvam Matianam irrigans.
 MO- Eris: *Ere*, originem ducit prope Stilianum *Strigliano*.
 Vacina: *Vacina*. } exoriuntur ex Matianâ
 Sanguinaria: *Sanguinaria*. } sylvâ.
 NII. Elaro: *Arone*, exortus ex lacu *Bracciano*.
 Galera: *Galera*, cadens in Tiberim.
 VR- VITERBIUM: *Viterbo*, nobis *Viterbe*, caput huius Re-
 BES gionis; quidam Veruloniam olim dictam putant, alij
 M E- Etruriam, perperam: nam noua ciuitas est, quidquid
 DI- mentitus sit Annius Viterbiensis. Hic quatuor Pon-
 TER- tifices sepulti sunt, & B. Rosa, cuius corpus etiam-
 R A- num restat integrum.
 NEÆ VLSINIUM: *Bolsena*, ad lacum cognominem, ubi ser-
 uatur corpus S. Christinæ, cuius item vestigia visuntur
 in lacu, vt & lapides tincti sanguine Christi, de qui-
 bus in Miraculis plura.
 MONS PHISCO, seu Phiasconus, & Mons Faliscorum:
Monte Frascone, vino suo vrbs celeberrima: eius quo-
 que ager miræ fertilitatis, & amœnitatis.
 Balneoregium: *Bagnaria*, hic collocatur à quibusdam,
 melius in agro Oriuetano statuitur.

- Viturchianum: *Vitorchiano*, insigni erga Po. Ro. fide clarum, vt legitur Romæ in Curiâ Capitolinâ Conseruatorum.
- I N Hortia, & Hortanum: *Orta*.
 Munianum: *Mugnano*.
 Galefium: *Galefo*, patria Nicolai Pontif. Maximi.
- P A- CIVITAS CASTELLANA: *Citta Castellana*, quam urbem Sabinæ quidam putant, & hanc in illum agrum incurrere: sita est ad Fl. Tribiam, & sacra culta est.
- T R I- Nepetum: *Nepe*, vrbecula perantiqua.
 Mons Roseus, seu Rosatus: *Monte-Rosi*, ad quem Balnea laudatissima.
- M O- Sutrium: *Sutri*, olim nobilissima ciuitas, sed iam deficit propter cæli grauitatem.
- N I O SVRIANVM: *Soriano*, olim munitissima arx totius Italiæ, quam Nicolaus III. ex Vrsinorum gente construxit, & familiæ suæ concessit; à Britonibus occupata, & agrè iis extorta à Martino V. dum Romam ex Auenionensi commoratione rediit.
- S. P E- Baccanum: *Baccano*, vnde lacus cognominis.
 Gallera: *Galera*, ditionis Vrsinorum ad Fl. cognominem.
 Malianum: *Magliano*, ad Tiberim fluuium infra Romam, secessu Pontificum, & amæno loco percelebre.
- D V- CASTRVM: *Castro*, ad fluuiolum *Olpita*, vrbs omni ex parte rupibus præcincta, olim Comitatus caput, nunc Ducatus.
- C A- Farnesium castrum: *Castel Farnese*, vnde familia celeberrima, ex quâ multi viri fortes, & Pontifex Paulus III.
- T V S CAS- CAPVT MONTIS: *Capo di Monte*, ad lacum Vulsinium, è cuius regione Insula Martana: vrbecula fixa scopulo in lacum excurrente.
- T R E N- Marta: *Marta*, ad ostium lacus, ex quo effluit fluuius vrbi cognominis.
- S I S Tufcanella: *Toscanella*, peruerustum, & nobile oppidum, de quo multa suo more fabulantur Annius, & Leander.
- Duché de Castro.*

- STATVS PAR-
MENSIS, *Stato del
Duca di
Parma.* { RONCILIO: *Ronciglione*, ad *Tercia* fluuium infra la-
cum *Vico*,
Caprariola: *Caprarola*, palatium prorsus mirabile
Alexandri Farnesij, opus Architecti eruditissimi
Vignoli, in quo nihil ad diuitias, ad splendorem,
ad amœnitatem deest.
- DVCIS BRAC-
CIANI
DITIO *les terres du
Duc de Brac-
ciano.* { BRACCIANVM: *Bracciano*, aliter *Bracenum* Latine
loquentibus, vt & *Braceanum*, & *Brignanum*, de
quo multa *Annius* fabulosè: pertinet ad nobilem
Vrsinorum domum.
ANGVILLARA: *Anguillara*, à quâ lacus quoque aliud
nomen habet; sita est ad exitum fluuij *Aronæ* ex
lacu *Bracciano*. *Annius* vult dictam antea *Amni-
laram* à *Fl. Laro*, nunc *Arone*.
Triuilianum: *Triuigliano*, ad lacum prædictum.
Vicarelum: *Vicarello*, fortè olim *Vicus Aurelij*.
- MON-
TES. { MONS S. SYLVESTRI: *Mont S. Syluestre*, quia in eo *Syl-
uester* Papa dicitur delituisse, olim *Mons Soractes*,
nunc villis aliquot, & castris distinctus.
Montes Viterbienses: *Monti di Viterbo*, olim *Mons Cy-
minus*, seu *Ciminius*.
- SYL-
VÆ. { BACCANENSIS: *Selua di Baccano*, quondam latronibus
infamis.
Matiana: *Selua Matiana*, amplissima, sed multis in par-
tibus excisa, diu quoque latronum & grassatorum re-
ceptaculum.
- LA-
CVS
IN { VVLSINIENSIS, aliter & *S. Christina*: *Lago di Bolsena*, in
quo duæ *Insulæ*. *Martana*: *Martana*, in quâ cæsa est
Amalazonta, nobilis & sapiens *Gothorum* Regina.
Altera Bisentina, *Bisentina*, de quâ nihil occurrit. De
eo iterum in *Admirandis*.
- PA-
TRI-
MO-
NIO { Messanus: *Mezzano*, ex quo erumpit fluuiolus *Olpita*.
Vicensis: *Lago di Vico*, aliter *Roncilionæus*, *di Ronciglio-
ne*, olim *Ciminius*, seu *Cyminus*.
Bassaneli lacus: *Lago di Bassanello*, olim *Vadimonis*.
Bacanensis: *Lago di Bacano*, ex quo existit *Fl. Varca*, seu
Valca, olim *Cremera*.

S. PE- | BRACCIANENSIS: *Lago di Bracciano*, olim Sabbatius, &
 TRI. | Sabbatinus.

NUM. 4. *Ager Sabinensis, Sabio, seu Sabina.*

INCLVDITVR fluuiis Tiberi, *Teuere*, *Aniene Teuerone*, *Velino*, *Velino*, & fluuio qui *Telonio Turano* connectitur; quidam tamen *Narniensem tractum Oriculos* vsque reuellunt, & exinde lineam ad montes *Sabinos*, atque *Reatinos* deducunt; quam opinionem sequimur.

V R- | N O M E N T V M: *Lamentana*, vnde via celeberrimæ no-
 BES | men, patria *Crescentij* qui Imperium Ro. reparare
 & | conatus est, & se *Hadriani Mole* texit, quæ ab eo ali-
 MI- | quandiu dicta est castrum *Crescentij*.
 NO- | MAGLIANVM: *Magliano*, non procul à *Tiberi*; à *Lean-*
 RA | dro vrbs primaria *Sabinix* dicitur, frequens admo-
 LO- | dum, & laura, in colle sita.
 CA | Mons Bonus: *Monte-Buono*.
 AGRI | Poggium *Mirtetum*: *Poggio Mirteto*, à quo non pro-
 SABI- | cul fluit torrens modicus, incolis *Riuus Solis* *Rio*
 NI. | *di Sole*, quem putant eruditi *Degentiam Horatij*
 | esse.
 | *Abbatia Farfa*: *Farfa*, olim splendidè exædificata, &
 | ornata.
 | *Nerula*: *Nerola*, oppidum perhonestum *Leandro*.
 | *Scandilia*: *Scandrilia*.
 | Poggium *Malianum*: *Poggio Maliano*, in nitidissimâ, at-
 | que cultissimâ valle.
 | Mons *Rotundus*: *Monte Ritondo*, olim *Eretum*, oppi-
 | dum ditionis *Vrsinorum*.
 | Pons *Mamolus*, seu *Mamææ*: *Ponte Mamolo*, ad *Anie-*
 | nem, primùm conditus ab *Antonino Pio*, postea re-
 | paratus à *Mameâ Alexandri Seueri* matre, nunc om-
 | nino integer, vnde oppido nomen.
 | VICVS VARRONIS, seu VALERIVS: *Vico-Varo*, aliter
 | *Valeria*, patria *Bonifacij I V. Rom. Pontif.* & *Anto-*
 | *nij Coccij Sabelliei*.

Y Y y y iij

	{ Campanus: <i>Campano</i> .
FLV-	{ <i>Aia</i> , seu <i>Laya</i> , olim <i>Himella</i> .
VII	{ Farfarus: <i>Farfa</i> , olim & <i>Fabaris</i> .
	{ Curesius: <i>Curese</i> , olim <i>Auens</i> .
SABI-	{ <i>Caminatus</i> , aliter <i>Riuus Mortis</i> : <i>Caminato</i> , seu <i>Rio di</i>
NIÆ.	{ <i>Mosso</i> , à morte & clade Romanorum, olim <i>Allia</i> .
	{ <i>Galentinus</i> : <i>Galentino</i> .

NVM. 5. *Ager Oriuetanus*, Territoire d'Oruieto.

A quibusdam pars Patrimonij sancti Petri proponitur, sed iam in recentibus Italiæ tabulis ditionem separatam constituit. Seiungitur ab agro Perusino fluuiolo *Ferfenone*, à Patrimonio D. Petri *Riuo Claro* *Rio Chiaro*.

	{ ORIVETVM: <i>Oriueto</i> , aliter <i>Orbitum</i> , Procopio <i>Vr-</i>
VR-	{ <i>betana</i> , & <i>Vrbibentum</i> ; vrbs munitissima, quia v-
	{ <i>dequaque rupibus</i> , & præcipitiis vallata est.
	{ <i>Triuinianum</i> : <i>Triuignano</i> .
BES	{ Pons <i>Centinus</i> : <i>Ponte Centino</i> , oppidum occurrit primò
	{ egredientibus è <i>Senensi</i> ditione, locus satis muni-
	{ <i>rus</i> .
AGRI	{ <i>Cilianum</i> : <i>Cigliano</i> .
	{ <i>Aqua pendens</i> , seu <i>Aquula</i> : <i>Aqua pendente</i> , nomen ha-
ORI-	{ bet ab aquis irruentibus: & verò eius ager egregiè ri-
	{ <i>guus</i> est.
	{ <i>Castrum Guiscardi</i> : <i>Castro Guiscardo</i> .
VE-	{ <i>Onanum</i> : <i>Onano</i> , Ducatus titulo insignitum in familiâ
	{ <i>Vrsinorum</i> .
TA-	{ <i>Balneum-Regium</i> : <i>Bagnarea</i> , antea <i>Rhoda</i> , sed sic ap-
NI.	{ pellata in edicto Regis <i>Desiderij</i> ; patria fuit sancti
	{ <i>Bonauenturæ</i> .
	{ <i>Ciuitatula Aliana</i> : <i>Ciuitella d'Agliano</i> , in edito monte
	{ collocata.
FLV-	{ GLANIS veriùs palus quàm fluuius: hodie <i>Chiana</i> <i>su-</i>
	{ <i>me ó palude</i> ; corruptè apud <i>Blondum Dana</i> : incolis
	{ noxius ab aëris grauitate, & vadis vbique cœno-
	{ <i>sis</i> .

VII. PALIA: *Paglia*, Glanim excipiens, cūmq̃ deuehens in Tiberim.
 Astronius: *Astrone*.
 Ferseno: *Fersenone*.
 Rius Clarus: *Rio Chiaro*. } eius regiunculæ limites.

NVM. 6. *Ager Perusinus*: Territorio Perugino.

LO- PERVIA: *Perugia*, nobis *Peruse*, aut *Perouse*, de cuius ortu, & incremento multa apud Leandrum leges. Hanc Totila Rex Gothorum obsedit annis decem, tandēmq̃ cepit ac vastauit. Postea à Longobardis occupata est, iis erepta à Carolo Magno, & concessa S. Sedi à Ludouico Pio. Malè excepta est seditio- nibus Guelphorum, & Gibellinorum; vrbs permu- nita est cum arce.

AGRI Diruta Castellum: *Druida*, non procul à Tiberi, sed vl- trà; celebratur ob vasa fictilia quæ videntur inaurata, dicunturque Maiorica, quia artis huius initium ex vnâ Balearidum extitit.

PE- Castilio ad lacum: *Castiliglione di laco*, sic dictus quia Trasimeno lacui adiacet, Marchionatus caput.

Passinianum: *Passignano*, ad eundem lacum.

RV- Petramala: *Pietra-mala*, vnde nobilis familia, de quâ sæpe in rebus Aretinis; à Leandro collocatur in agro Cortonensi.

SINI. Mons Sperellus: *Monte Sperello*, locus munitissimus in colle pulcherrimo.

Compinianum: *Compignano*, ad Nestorem Fl.

Fratta: *Fratta*, ad Tiberim, vbi ponte iungitur, oppi- dum amplissimum, & nunc diues.

FLV- TIBERIS: *Tevere*, qui hîc recipit multos fluuiolos. } Niconem: *Nicone*.
 VII. } Nestorem: *Nestore*, qui haurit *Caina*.
 } Chisium: *Chiso*.
 GLANIS: *Chiana*. } recipit Tresam: *Tresa*.

LA- TRASVMENVS, seu Insula Maior: *Isola Maggio-* } in par-
 Trasimenus, nunc } re, vbi Fanum S. Franci- } te Bo-
 PERVSINVS, *Lago di* } sci: *S. Francesco*. } reali
 } *Perugia*, pisciū co- } Insula Minor: *Isola Minore*. } lacus.



CVS. { piâ celeberrimus, & peramœnis
locis, quibus vndequaue præ-
cingitur. } Polueſia: *Iſola Polueſe*, in parte Auſtra-
li lacus.

NVM. 7. *Comitatus Ciuitatis Castellanae*, Contado di citta di
Castello.

LO- CIVITAS CASTELLANA: *Citta di Castello*, olim Tifer-
CA num, caput Comitatus, quem diu ſeruauit nobilis
HV- Vitelliorum familia, vnde nobiliſſimi Duces extite-
IUS re: munitiſſima ciuitas eſt ad Tiberim.
CO- Mons Guelphorum: *Monte Guelpho*, à ſeditioſis illis Ita-
MI- licis nomen habet.
TA- Caſtellum Francicum: *Caſtel Franco*, locus ſat munitus
TVS. ad Apenninum.
Triftina: *Triftina*, verſus Florentinos.
Ripa: *Ripa*, ad Apennini radices.

FLV- { TIBERIS: *Teuere*, qui hîc multis fluuiolis augetur, ſed
VIVS. } hi nullius pœnè nominis ſunt.

NVM. 8. *De Vmbria, ſeu Ducatu Spoletino*; Vmbria, ó Ducato
di Spoleto.

DUCATVS Spoletinus ita dictus videtur à Ducibus quos Lon-
ginus Exarchus inſtituit, Narſete exauctorato, quo tandem poti-
ti Longobardi nomen Ducatus ei reliquere: ſed erat olim am-
pior, quàm in præſentiâ eſt, vt oſtendere nititur pluribus Lean-
der.

TERRI- SPOLETVM, ſeu Spoletium: *Spoletto*, nobis *Spolete*:
TORIVM vrbs adeo Theodorico placuit, vt in eâ Præ-
SPOLE- torium exædificarit; hæc & palatium ab iisdem
TINVM, Gothis euerſa, ſed reparata vrbs eſt à Narſe-
te. Deſolata iterum à Friderico Ænobarbo, quia
Alexandro III. fauebat. Nec malorum finis,
nam iterum à Peruſinis euerſa; nunc lauta eſt, &
munita.
Folianum: *Fogliano*.

Parall. Geogr. Tom. II.

ZZZZ

*Spoletum.*Mons Sanctus : *Monte Santo.*Strepetum : *Strepeto.*

TERRI-

NURSIA : *Norcia*, antiqua ciuitas sita inter montes, maximis obnoxia frigoribus ; patria fuit Sertorij, item & matris Vespasiani, sed felicius S. Benedicti Monachorum in Occidente parentis.

TORIVM

Ceretum : *Cereto*, vrbecula inter asperos editosque montes fixa, vnde Ceretani, seu Ceretini erroneos totâ Italiâ famosi. Leander putat à Francis conditam, qui freti diplomate Pontificio pecunias vndequaque corradebant.

NVR-

SINVM,

Castrum Vetus : *Castro Vecchio*, ad radices Apennini.*Norcia.*Tripontium : *Tripontio*, aliter ad Trespontes, vbi Coruus Fl. cadit in Narem.

TERRIT.

FVLGINIVM : *Fuligno*, in amœnâ planitie quam Fl. Tinna, seu Topinus eluit, & diuidit. Direpra est à Perusinis an. 1281. quare à Martino V. anathemati subiecti. Celebrantur totâ Italiâ condimenta Fulginensia *les confitures de Fuligno.*

FVLGI-

NIENSE,

Trebula : *Treui*, locus sat amœnus.*Fuligno.*Pons Centesimus : *Ponte Centesimo*, olim Forum Flaminij.Passanum : *Passano.*

TERRI-

ASSISIVM : *Assisio*, nobis *Assise*, ciuitas in monte sita, celeberrima à S. Francisco eius ciue Minorum Fratrum parente, & S. Clarâ.

TORIVM

Fanum S. Mariæ Angelicæ : *Nostre Dame des Anges*, duobus milliaribus ab Assisio, locus magnæ venerationis.

ASSI-

SINVM,

HISPELLVM : *Ispello*, malè in tabulis *Spello*, direptum ab Arausicano Principe Imp. Caroli V. Duce, & iussu Pauli III. an. 1536. mœnibus spoliatum.*Assisio.*NVCERIA : *Nocera*, non procul ab Apennino, in colle ex quo Fl. Topinus existit.

VALLIS

MEVA-

MEVANIA : *Beuagna*, oppidum perantiquum in valle amœnissimâ, & fertilissimâ, quæ ab eo no-

NIENSIS, | men habet. Cætera loca sunt minoris momenti
Beuagna. | quàm vt appellentur.

TERRI- | TVDER, seu Tudertium: *Todi*, in colle frugifero
 TORIVM | sita ciuitas, superiori sæculo discordiis ciuilibus
 | attrita pænè iacuit. Patria fuit S. Martini Ponti-
 | ficis, qui à Constantio III. in Chersonam rele-
 | gatus est. Genuit infortunatiùs Artobellum ho-
 | minem ferum, in quem populares sui meritò om-
 | ne crudelitatis genus exercuere.

TVDER- | MONS FALCVS, seu FALCONIS, vnde orta S. Clara,
 TINVM, | cuius in corde passionis instrumenta expressa, &
 | tres lapides, de quibus in Admirandis.

Aqua Sparta: *Sparti*, Castrum in monte in quo ob-
 | fessus Artobellus patriæ suæ bustum.

Todi. | Marcellina: *Marcellana*.

Duo Sancti: *Due Santi*.

Mons Mileti: *Monte Mileto*, trans Tiberim.

TERRI- | AMERIA: *Amelia*, in colle sita, patria Roscij Ame-
 TORIVM | rini quem Tullius defendit, sed hunc imperitif-
 AMERI- | fimè Leander cum Comcedo confudit. Patria fuit
 NVM, | multorum illustrium virorum, quos appellat
 | idem Leander.

Amelia. | Castrum Tudertinum: *Castro Todine*, locus exiguus,
 | sed illustris rebus gestis.

TERRI- | INTERAMNA, aliter Interamnia, & Ternum qui-
 TORIVM | busdam recētioribus: *Terni*, sita in valle dictâ *An-*
 INTER- | *gustiarum* admodum saxosâ, & rupibus altissimis
 AMNEN- | clausâ. Iacet ad Narem fluuium, ex quo ducta
 SE, | fossa urbem Insulam efficit. Celebrantur eius
Terni. | Rapæ eximiæ olim, vt & nunc, magnitudinis,
 | item eius Pulli Columbini saporis exquisiti.

Fanum S. Gemini: *S. Gemini*.

Mons Francicus: *Monte Franco*.

TERRI- | NARNIA: *Narni*, olim & Nequinum, in colle sita,
 TORIVM | ad cuius radicem fluit Nar cum ingenti strepitu.
 | A Septétrione colles habet frugiferos. Sæpe ma-
 | lè affecta est domesticis bellis, sæpe externis.

Z Z z z z ij

NAR-
NIENSE,
Narni. } Quos tulerit viros illustres apud Leandrum leges.
O CRICVLVM: *Otricoli*, celebrius apud antiquos
quàm recentiores.
Collis Scipionis: *Colle Scipoli*, oppidum quod con-
ditum à Scipione iurant indigenæ.

TERRIT. } REATE: *Rieti*, perantiqua ciuitas in loco palustri,
& vliginoso.

REATI-
NVM,
Rieti. } Pedelucum: *Piediluco*, vnde lacus nomen habet.
CASSIA, seu *Ciuitta di Cascia*, oppidum recens
Blondo, antiquum Volaterrano, ad Fl. Coruum.
Dehuius vrbs Imperio acriter dimicatum, inter
Spoletinos, & Nursinos, vnde plurimæ contige-
runt clades.

FLV-
VII
VM-
BRIÆ. } TOPINVS, seu *Tinna* } Chiasius: *Chiascio*.
olim, nunc *Topino*, } Maregia, Spoleterum alluens.
in quem cadunt } Clitumnus: *Clitunno*.
NAR: *Nera*, cursu præcipiti } Velinus: *Velino*.
decurrens ex Apennino. } Coruus: *Coruo*.

LA-
CVS. } Marmoreus: *Lago di Marmore*,
Pedelucensis: *Lago di Pedeluco*.
Reatinus: *Lago di Rieti*.

CVS. } Catalicensis: *Lago di Catalica*.
NURSINVS: *Lago di Norcia*, de quo aliqua in Admiran-
dis.

MON-
TES } Cararracta Velini: *Caduba della Marmore*, montes incisi,
vt Velinus cadat in Narem; & hîc præcipitat tanto
impetu, vt strepitus ad aliquot milliaria exaudiatur.

VM-
BRIÆ. } Montes Assisij: *Monti del Assisio*.

MONS CORVVS: *Monte Coruo*, olim Coritus, ex quo flu-
uius cognominis oritur.

NVM. 9. De Ducatu *Vrbinate*, Ducato di *Vrbino*.

VR-
BES } PISAVRVM: *Pesaro*, quam volunt indigenæ dictam à flu-
uio *Isauro* cui adiacet: diruta est à *Totilâ Gotho*, re-
parata à *Belissario*. Vrbs ædificiis lauta, & elegans;

MA- portus sic oblimatus est, vt vix nauiculas admittat.
 Diu paruit Malateftis.

RITI- FANVM: *Fano*, sic dictum à Fano fortunæ: disiectū quo-
 que à Totila, reparatum à Beliffario. Situm est in agro
 MÆ perferaci, paruit Malateftis, & tandem Pontifici,
 etiam antequam Vrbinate Ducatu frueretur, quare in
 DV- } nouis tabulis eius ager dicitur *parte della Chiesa*.

CA- SENEGALLIA, vel Senagallica: *Senigaglia*, euerfa fuit,
 sed à quibus ignoratur, instaurata à Roboreo Sauo-
 nensi Sixti IV. nepote, sed pulchrior quàm antè fue-
 TVS rat sub Malateftis à quibus redempta est. Cælum ha-
 bet graue, & aquæ inopia laborat, eiusque ager di-
 VRBI- ctus est aliquando Vicariatus, *Vicariato*.

NA- Casa Cremata: *Casa Abbugiata*, seu *Abbrugiata*, taber-
 nis diuerforia, sed muro firmissimo communita aduer-
 sus Turcarum exscensiones, qui olim hinc magnas
 TIS. } prædas agebant, & Anconitanos fatigabant.

VR- VRBINVM: *Vrbino*, deditioe olim capta à Beliffario,
 cum fons vrbis exaruiſſet. Diu fuit in ditione Comi-
 tum Montis Feltrij. Tandem egregiè excolta à Fri-
 derico Principe, qui Dux à Sixto IV. dictus est. Pa-
 tria fuit Raphaëlis excellentissimi pictoris.

BES Mons Lurus: *Monte Luro*, oppidum ad quod Nicolaus
 Picininus copias suas perdidit, de quo Blondus.

& Gradaria: *Gradara*, splendidum ac munitum palatium
 conditum à Malateftis.

LO- } POGGIUM IMPERIALE: *Poggio Imperiale*, sic dictum
 quod Fridericus III. Imp. primum lapidem in fun-
 damenta ieciffet. Ita petente Constantino Pisauri
 Domino: locus postmodum auctus est à Franc. Mariâ
 Urbini Duce ad regiam magnificentiam.

CA Mons Carpenianus: *M. Carpigna*, editissimus, & ab A-
 pennino reuulfus.

ME- Mons Caluus: *Monte Caluo*.

Cantianum: *Cantiano*, ad Fl. cognominem, oppidum
 cum arce in colle. Conditum est ex interitu Luceolo-
 rum, cuius rudera non procul in Austrum ostendun-

- tur *Lucioli Rouinata*, vnde corrupta vox pontis Rizoli, vulgò *Ricciuolo* corruptè pro ponte Luceoli.
- DI- EGVBIVM: *Eugubio*, in planitie peramœnâ ad radices Apennini; à Gothis dirutum, postea restitutum, sed non eodem loco. Nam probabile est verus Eugubium fuisse, vbi nunc *S. Vbaldo*; eiusdem *S. Vbaldi* corpus seruatur integrum Eugubij.
- TER- CALIVM: *Cagli*, ad confluentias Boasi, & Cantiani, Procopio Callis, Antonino Calle. Deletum fuerat, ac restitutum an. 1289. & dicta ciuitas *S. Angeli Papalis*.
- RA- Pergula: *Pergola*, ad *Fl. Cesano*, non ad eius fontem, vt ait Leander; patria Angeli viri fortissimi, de quo multa Blondus.
- NEA } CASTELLVM S. ANGELI VADANI: *Sant Angelo in Vado*, oppidum negotiatoribus frequens, olim Tiphernum Metaurum dictum, vt colligitur ex epistolis Pontificiis.
- Durantium Castellum: *Castro Durante*, in Peninsulâ *Fl. Metauriamœnissimâ*. Conditum est à Guilelmo Durante Carnotensi Decano, Iuris peritissimo.
- DV- Aqualania: *Aqualagna*, castellum & vicus vbi aliquot tabernæ, & iuxta planities, vbi victus à Narsete Totila accepit plagam, ex quâ periit.
- Mons Falco: *Monte Falcone*.
- CA- Massa: *Massa*, vnde hic totus tractus, teste Blondo, dictus est *Massa Trabaria*, quia huc trabes abiegnæ proceræ ad templa, & palatia deferebantur, & hinc in Tiberim proiiciebantur.
- TVS FOSSVM BRVNUM: *Fossumbruno*, excitatum ex ruinis *Fori Sempronij*, quod quinque passuum millibus distabat à *Ripâ Fl. Metauri*. A quibus euersum fuerit *Forum Sempronij* nescitur. *Fossumbrunum* fuit olim in ditioe *Malatestarum*.
- VR- FIRMIANVM: *Formignano*, ad *Metaurum*, cui adiacet mons *Asdrubalis* dictus, quare hic victum credunt *Asdrubalem* à *Nerone* & *Liuiio Consulibus*.
- Mons Abbatris: *Monte l'Abbate*, supra *Vrbinum*.
- Verrucium: *Verruchio*, Principum *Malatestarum* do-

micilium testeBlondo, quibus primùm locus is concessus est ab Othone Imperatore.

B I- **FANVM S. LEONIS:** *S. Leo*, locus munitissimus, & ferè inexpugnabilis, ciuitas Episcopalis, ideóque Duces Urbini híc thesauros suos asseruabant: tamen aliquando capta est à copiis Leonis Pontif. & data Florentinis. Apud Luitprandum nominatur Mons Fetratus, addit enim, *quod dicitur oppidum S. Leonis*; Hinc Comitatus *de Montefeltre* nomen accepit.

N A-

TIS. **MACERATA:** *Macerata*, ad Fl. seu torrentem Albim, quem suspicatur Leander esse Lucani Sapin: erat vrbs Comitatus Feltrensis; & à Leandro, vt & superior, constituitur in Romandiola.

FLV- *Marecchia*: olim Ariminum.

VII *Conca*: olim Crustumenum.

VRBI- *Foglia*: olim Isaurus.

N A- *Argila*: paulò supra Fanum mare subit.

TES. *Metro*: olim Metaurus.

Cesano: Pergulam alluens.

Nigola, aliter *Misa*, cadens ad Senogalliam.

RESPUBLICA S. MARINI, *la Republique de Sainct Marin, seu Republichetta.* **FANVM S. MARINI:** *San-Marino*, caput minutæ Reip. vulgò *Republichetta*, vrbs munitissima. Sita est in Monte, quem Acrem vocant. Incolas habet fortissimos & libertatis peramantes: ex Montis huius radice profluit Ariminum Fl. vulgò *Marecchia*.

MARCHIONATVS MONTENSIS, *Marquisat de Montz.* **MONS:** *Montz*, vrbecula tenuis medio ferè itinere inter Maceratam & San-Marinum, ad Orientem Fani S. Leonis, à quo non procul abest.

Habet & ille Marchio aliquot loca in agro Urbinate, quæ olim à Duce, nunc à Pontifice pendent, & nobis ignota sunt.

NUM. 10. De Marchia Anconitana, olim Piceni magnâ parte.

- VR-
BES
- &
- MI-
NO-
RA
- LO-
CA
- MA-
RITI-
MA
- MAR-
CHIÆ
- AN-
CO-
NITA-
NÆ.
- VR-
BES
- ANCONA: *Ancona*, nobis *Ancone*, olim portu celeberrimo instructa, vnde prouerbi-um, *unicus Petrus Roma, unica Turris Cremonæ, unicus Portus Anconæ*, nunc magnâ ex parte oblimatus est, & malè conseruatus. Arcem habet vbi Legatus Pontificius commoratur. Procurrit in mare supra urbem Promontorium, olim Cymemerium, nunc *Monte Guasco*.
- Rupes, seu arx Flumefini: *Rocca di Fiumecino*, munica ab Anconitanis contra Piratarum incurfiones.
- Sirolus Vicus: *Sirola*, cuius vina celeberrima, Plinio vna Anconitana, teste Hermolao.
- Humanæ Rudera: *Humana Rouinata*; de hac vrbe multa apud scriptores mediæ ætatis, vt veteres omittam.
- Portus Recinetensis: *Porto di Recanati*, olim portus Ricienfis ad ostium fluuij Potentiæ.
- Portus Montis Sancti: *Porto di Monte Santo*.
- Portus Nouæ Ciuitatis: *Porto di Citta Nuova*.
- Portus S. Elpidij: *Porto di Sant-Elpidio*.
- Portus Firmanus: *Porto Fermano*.
- Cripta Castellum: *la Grotte*, ad ostium Fl. *Tofino*, olim Cupra Maritima.
- S. Benedicti Castrum: *San-Benedetto*, in agro amoenissimo situm, vitibus & arboribus omnis generis confito, sed maximè medicis, & oleis.
- PORTVS ASCVLANVS: *Porto di Ascoli*, arx ad orâ huius tutelam.
- ASCVLVM: *Ascoli*, cognomine Anconitanum ad discrimen alterius in Aprutio, oppidum cultissimum, & elegans.
- Arquata: *Arquata*, nobile oppidum ad radices Apennini, vbi mons ille dicitur *Victor*, ob altitudinem.
- Castellum S. Mariæ Gallicanæ: *S. Maria in Gallo*, ad radicem Apennini, cui adiacet specus ingens, indigenis *Grotta della Sibylla*, de quo in Admirandis.

Mons

- & Mons Brandonius: *Monte Brandone*, unde ortus Ioannes Marchianus concionator Minorita.
- M I- Aqua Viua: *Aqua viua*, nobile oppidum in Appennino, è quo multi Duces Atrij, & Societatis nostræ Generalis vir prudentiæ exquisitæ.
- N O- RIPA TRASSONIA: *Ripa Trassone*, oppidum situ ac arte munitum, populo frequens, & inter præcipua loca huius regionis.
- R A Offidum: *Offida*, nobile quoque oppidum, & naturâ loci permunitum.
- FIRMVM: *Fermo*, vrbs non eodem loco sita, quo antiqua, sed nonnihil distita. Malè affecta est dissidiis ciuium, & vicinorum Rusticorum. Erat in eâ quondam arx Gieronis, seu Gieronica, Tyrannorum nidus.
- L O- Fanum S. Mariæ Georgianæ: *S. Maria in Georgio*, olim Tignium, vt vulgò creditur.
- C A Fanum S. Elpidij: *Sant-Elpidio*, locus peramicenus.
- Mons Ulmus: *Monte dell' Olmo*, de cuius euersione sub Eugenio IV. lege qui vitas Pontificum scripsere.
- M E- Ciuitas Noua: *Citta Nuova*, nobilissimum oppidum & frequens in monte non procul à mari.
- D I- MACERATA: *Macerata*, frequens ciuitas, & sedes Legati atque Cancellariæ totius Marchiæ: iuxta eam
- RECINÆ RUINÆ: *Recina Rosinata*, ad Potentiam Fl. Hæc olim Heluia Recina dicebatur, quia reparata erat ab Heluio Pertinace Imp. à Gothis destructa est.
- T E R- RECINETVM: *Recanati*, oppidum exortum ex ruinis Recinæ; vrbs diues, & sac lauta, nundinis suis illustris, cui pietas in B. Virginem Lauretanam plurimum profuit, & proderit.
- R A- FANVM D. MARIÆ LAVRETANÆ: *Nostre Dame de Laurete*, oppidum iam permunitum, vbi magnificæ ædes, templum diuitiis refertissimum: hîc seruatur ædicula B. Virginis, eò translata ex Illyrico, & subinde cùm mutasset locum tandem quieuit in monte, non procul à Mussone Fl. De eo vide Turfellinum in Hist. Lauretanâ.
- M A R- Castellum Ficardum: *Castro Ficardo*, sat munitum.

- AVXIMVS, & Oximum: *Osmo*, ad Musonem in colle, ubi diu Gothos obsedit Belissarius. Innocentio VIII. cessit extorta per vim Tyranno. Ei subternitur planities miræ fertilitatis.
- CHIÆ
ÆSIS: *Iesi*, ad Fl. *Æsim*, nunc *Fiumecino*.
Castrum Bellinum: *Castro Bellino*.
Fanum S. Angeli: *Sant-Angelo*.
Sanquiricum: *San-Quirico*, excelso in monte, cuius radicem alluit *Fiumecino* Fl.
- AN-
Rupes Contracta: *Rocca contrada*, locus munitus.
- SAXVM FERRATVM: *Saffo Ferrato*, oppidum perhonestum; sic dictum à cauernis ferrariis, quarum hic videntur vestigia. Patria fuit Bartoli magni Iuriconsulti.
- CO-
FABRIANVM: *Fabriano*, vnum ex quatuor oppidis, vnde prouerbiū *Fabriano in Anconâ*: Principatus est caput, lautè ædificatum, & diues. Cartæ Fabriani vbique celebrantur.
- NI-
Matelica: *Matolica*, oppidum perhonestum Leandro.
- TA-
CAMERINVM: *Camerino*, vrbs antiqua, & potens, Ducatus caput, olim in familiâ Varranorum.
SAN-SEVERINVM: *San-Seuerino*, ex antiquæ Septempedæ ruinis exædificatum, quam Longobardi euertere.
- NÆ.
TOLENTINVM: *Tolentino*, ad Fl. *Chiento*, ubi seruantur reliquiæ S. Nicolai Eremitæ S. Augustini, ad quas multa miracula etiam hac ætate patrantur.
- FLV-
VII
Fluuiolus: *Fiumecino*, olim *Æsis*.
Aspis: *Aspido*, sic dictus Leandro, quia instar aspidis serpit; cadit in Musonem.
- AN-
CO-
NITA-
NÆ
Mvso: *Musone*, Auximum alluens, & aliquot fluuios hauriens.
Potentia: *Potentia*, ad cuius ostium portus Riciensis.
Chientum: *Chiento*.
Tingus, seu Tenna: *Tingo*, seu *Tenna*.
Lætus, aliter Torrens Mortuus Latinè, vulgò *Leto viuo torrente*, ad cuius ostium rudera magnæ vrbs quam

indigenæ aiunt vocatam Picenum.
 MAR- Afo: *Afone*.
 CHIÆ. Toffinus: *Tofino*.
 TRVENTVS: *Tronto*, limes Marchiæ, & Aprutij,

NVM. II. De *Romandiola*, seu *Romanulâ*: Romagna,
 nobis la Romagne.

OLIM amplissima fuit, & magnam Vrbinatis Ducatus partem obtinuit, vnâ cum Bononiensi agro, atque Ferrariensi; nunc consideratur à nobis, vt ab iis omnibus discreta est.

LO- RAVENNA: *Rauenna*, nobis *Rauenne*, vrbs inter paludes olim, quæ nunc sic exsiccatæ sunt, vt sint frumenti feracissimæ. A Gothis illustrata est, à Francis sub Ludouico XII. direpta. Hic Ecclesia S. Ioan. quam ab ipso Apostolo consecratam aiunt. De variis eius dominis vide Leandrum.

CA Classis: *Classe*, de quâ plura in Veteri; hic tantum Templum D. Apollinaris antiquissimum.

MA S. Maria Porticaria: *S. Maria in Portico*, vbi quondam Cæsarea, vt plerique omnes autumant.

RITI- CERUIA: *Ceruia*, vrbs noua, sed infrequens, loco palustri, cæloque grauissimo. Hic quotannis æstate plurimum salis conficitur; Venetis olim vendita, & postea etiam per vim occupata.

MA Portus Cefenaticus: *Porto Cefenatico*, exiguis tantum linitibus capiendis aptus, quia mare in hac orâ vadofum.


RO- ARIMINVM: *Rimini*, celebre Concilio in quo orbis se pænè Arianum ingemuit. Vrbs à Gothis fortiter oppugnata, à Vitalliano Iustini præfecto fortiùs defensa est: in planitie sita imminentibus ei à meridie collibus amœnis. Malatestis diu paruit; creauit hanc

MAN- Principatus caput Clemens VI. De variis eius dominis vide Leandrum.

DIO- Catholica: *Catolica*, Vicus ex tabernis diuersoriis constans, sed arce firmatus Piratarum metu.

AAAA ij

- L Æ. Concha: vulgò *Conca citta profundata*, cuius mœnia, & cacumina turrium visuntur quieto mari ex pago Catholica; aquis obruta est, atque sepulta.
- Ariminum: *Rimini*, de quo suprâ.
Fanum S. Iustini: *San-Gustino*.
Sabinianum: *Sauignano*, nobile ac lautum oppidum, cuius ager frumento diues.
- L O. CESENA: *Cesena*, ciuitas admodum frequens, olim dicta & Flauia Curua Papia in vitâ S. Mauri huius vrbs antistitis, Antonino Curua Cesena. Arx ei imminet ad austrum condita à Friderico II. Imperatore: pessimè accepta à Britonibus Cardinalis Gebénensis sub Gregorio XI. Adiacet quoque ab eadem parte S. Maria Montana, *S. Maria del Monte*, cœnobium sumptuosum Cælestinorum, aliter Mons Maurus, à S. Mauro vrbs antistite sic dictus, qui hîc vixit.
- C A. FORVM POPILII seu Pompilij: *Forlimpopli*, olim vrbs à Longobardis malè excepta, sed postea peiùs à Cardinale Carilâ Hispano Legato Pontificio euerfa, & sale aspersa; reparata, & arx ei addita à Principibus Foroliuiensibus.
- R O. FORVM LIVII: *Forli*, quod putant aliqui ex duobus locis conflatum, fabulosè. Sui iuris facti sunt aliquandiu ciues, an. 1248. Bononiensibus subditi cum cæteris vrbibus Romandiolæ. De variis eius dominis Leandrum consule.
- MAN. D I O. L Æ. FAVENTIA: *Faenza*, ciuitas frequens cum arce à Friderico II. condita. Eius lina ob candorem celebrantur; varias experta clades à Gothis, Friderico II. Britonibus, Borgia, &c.
- X A. CASTRVM BONONIENSE: *Castro Bolognese*, oppidum perpulchrum, lautum, & opulentum, conditum à Bononiensibus 1388 ob legatos suos hîc spoliatos à Latronibus, Imolensibus & Fauentinis tantùm agri sui concedentibus, quantum sagitta arcu emissa posset dimetiri, vt se purgarent à cæde legatorum. Ei Borgia nomen imposuerat villæ *Cæsarex* cum eius mu-



ia, &
Ca.

cu-

dicta
is an-
et ad
ffimè
Gre.
Maria
pruo-
lauro

wibs à
Car-
fa, &
pibus

obus
quan-
n ex-
minis

Fride-
ntur;
toni-

idum
à Bo-
s à la-
gri sui
offet
Bor-
mu-

ÆMI-

ros disiecisset, sed patre eius mortuo oppidum instauratum est, expunctumque nomen. Itaque ditionis est Bononiensis etiam in præsentia, licet à reliquis agris disiuncta, intercurrente toto Imolensi territorio.

LIÆ.

IMOLA, olim Forum Cornelij: *Imola*, quod nomen putant ei inditum à Longobardis Blondus, & Leander; apud quem multa de eius Principibus videbis.

LO-
CA

D. Alberti Vicus: *Sant-Alberto*, prius Castellum dictum Marcomana, conditum à Venetis 1271. sed dirutum à Ferrariensibus.

RO-
MAN-

Ruffum: *Ruffo*.
Barbiano: *barbiano*, Comitum olim Cuniatum in agro amœnissimo, deletum.

DIO-
LÆ

Solariolum: *Solaruola*, Sigismundo Cardinali à Leone X. concessum.

TRAS
VIAM
ÆMI-
LIAM

Fanum S. Mariæ Portuensis: *S. Maria di Porto*.
Palatiolum Vicus: *Palazzuolo*, locus paramœnus.

S. Maria Pinea, vel Pineta: *S. Maria del Pino*, vel *Pigneda*, ob Pineam sylvam pulcherrimam, & magni proventus ob strobilos *pignons*, qui hîc colliguntur.

Abbatia S. Petri in Vincula: *S. Pietro in Vincula*, olim prædiues.

LO-
CA

Tausignanum: *Tosignano*, quondam Venetæ ditionis postea Imolanis attributum; suspicatur Leander hinc ortum Ioan. XVIII. negat Ioan. X. huius esse ciuem.
Castellum Rium: *Castro Rio*, in colle modico, diu in ditione Alidosiorum Imolæ Principum.

RO-
MAN-

Brefegella Castrum: *Brisighello*, sub Iulio II. desolatam, multorum Ducum origine inclytum.

DIO-

Aureolus, seu Aureolum Castrum: *Oriolo*, seu *Oriola*, iuxta colles olei vini que feracissimos: ridiculè quidam dictum putant, quòd aurum Pontifici penderet.

LÆ

BRETINORIVM: *Bertinoro*, quò translata sedes Episcopalis Fori Pompilij. Sita est ciuitas illa in tumulo vitifero, aëris mirâ salubritate gaudet, & habet arcem conditam à Friderico II. De variis eius dominis habet aliqua Leander.

- Meldola*: de quâ mox separatim.
Todoranum: *Todorano*.
Polenta: *Polenta*, oppidum celebre origine gentis *Po-*
lentanae, quæ olim *Rauennae* præfuit.
CIS
FORVM SARACENVM: *Mercato Sarracino*, negotiatori-
 bus plenum oppidum, & locuples, & à vicinis admo-
VIAM dum frequentatum ob rerum omnium copiam.
SARSINA: *Sarsina*, quam *Farsinam* contendit dictam
 esse ex lapidibus *Volaterranus*, & *Farsinatibus* *Plinij*.
ÆMI- Diu paruit *Malatestis*, nunc *Marchioni Meldolæ*
LIAM *Aldobrandino* qui Comes est *Sarsinae*. Habet *Castel-*
la viginti, & eius ager *Boibus* dicitur, quasi *Boius*, vbi
Boiorum nomen agnoscit *Leander*.
LONZANVM: *Longiano*, oppidum nobile, cuius ager in-
 star horti est, miræ amœnitatis.
FANVM S. ARCHANGELI: *Sant-Archangelo*, oppidum cul-
 tissimum, in cuius agro omnis generis fructus, sed
 maximè laudantur *Rapæ*.
MELDOLA: *Meldola*, oppidum permunitum, vbi
MARCHIO- *Roncus Fl.* ponte nectitur. Castrum habet
NATVS lautissimum. Vrbs illa à *Carolo Borbonio*
MELDOLÆ Romam tendente malè accepta est. Ager
Marquisat de Meldola. eius frumenti, olei, vini ferax. Paruit *Ma-*
latestis, & post varios dominos ad *Aldobran-*
dinos peruenit.
SENVS: *Seno*.
ANEMO: *Anone*.
FLV- *Montonus*: *Montone*, aliter *Aquæductus* à *Rauennatibus*:
 ad hunc commissa pugna dicta *Rauennas*, in quâ ce-
VII cidit *Gasto Fuxius*.
RO- *Bedesis*: *Bedese*, aliter *Besodus*, *Rauennatibus* dictus
 quoque *Ronco-Gia Fiume Aquedotto*.
MAN- *Sauius*: *Sauio*.
Pisatello, Rigoso, Plusa, de quibus in *vetere Rubicone*.
DIO- *Lufus*: *Luso*.
Ariminum: *Marecchia*.
LÆ. *Conca*: *Conca*.
Tauolus: *Tauolo*, limes *Romandiolæ*, & agri *Vrbinatis*.

NVM. 12. *Ager Bononiensis, Bolognese.*

- V R-
BES
&
M I-
N O-
R A
L O-
C A
AGRI
B O-
N O-
N IEN-
S I S
A D
V I A M
Æ M I-
L I A M.
- BONONIA : *Bologna la Grassa*, nobis *Boulogne la Grasse*, vrbs amœnissima, pulcherrima, ditissima, patria Alberti Leandri cuius opera in hoc libro multum vsi sumus, qui & de hâc vrbe plurima scripsit. Sita est ad torrentem Apesam *Apesa*, seu *Auesa*, inter fluuios Saucenam & Rhenum, qui hinc Bononiensis appellatur. Continuit aliquando Imp. Carolum V. cum Clemente VII. & vtriusque aulam amplissimam.
- CASTELLVM FRANCVM : *Castro Franco*, non procul ab eo loco, vbi erat olim Forum Gallorum.
- Castrum Leonis : *Castro Leone*.
- Portus Samogiensis : *Porto della Samogia*.
- Claterna : *Quaderna Rovinata*, sic intercidit 1385. vt eius ruinae ægrè reperiantur.
- CASTELLVM S. PETRI : *Castro San-Pietro*, à Bononiensibus conditum 1200. in cuius agro glastum copiosissime prouenit.
- Poggium Lambertinorum : *Poggio Regnatico*.
- Turris Vcellini : *Torre dell' Vcellino*, à Bononiensibus condita 1242. vbi postea campi feracissimi siccatis paludibus. Eò pertinuit diu Padusa, à Rauennâ incipiens, cùm antea ad Buondenum vsque pertingeret.
- Malalbergum : *Malalbergo*, vbi nunc Padusa dicitur inchoari.
- Galera : *Galiera*, nunc vicus, quondam nobile castrum & oppidum, vt arguunt hîc effossa marmora.
- Molinella : *Molinella*, villa nobilis Voltiorum, munita à Bononiensibus 1463.
- TRÁS } Medicina : *Medicina*, castellum conditum 1386. noua mœnia eius structa sunt 1523.
- CASTELLUM GUELPHUM : *Castro Guelpho*, nobilis ditio Maluestiorum.
- V I A M } BVTRIVM : *Budrio*, opulentum oppidum, & canabis prouentu celeberrimum, cuius magnum Venetiis pretium : cinctum est muris à Bononiensibus,

Ben-

- Bentiuolium : *Bentiuoglio*, sumptuosissima villa, antè pons Poledranus ; palatium excipiendo Imperatori idoneum : nunc semirutum iacet, nullo curante facta *recta*.
- ÆMI- Castellum S. Georgij : *San-Georgio*, à Bononiensibus excitatum castrum.
- Corticella : *Corticella*, lincium & lemborum statio.
- LIA. Castellum D. Ioannis : *Castro S. Gioanni in Persicetto*, patria magnorum virorum. Dirutum est à Bononiensibus, quòd ab eorum ditioe defecisset.
- Creualcorium : *Creualcore*, priùs *Alegralcore*, Comitatus caput ; dirutum à Friderico II. restitutum à Bononiensibus.
- Crespellanium : *Crespellano*, oppidum fat lautum.
- VR- Bacianum : *Bazano*, in colle oppidum conditum à Mathilde Comitissâ, subuersum olim, nunc reparatum cum arce.
- BES
- & Mons Vellius : *Monte Veio*, locus perantiquus, quem tamen aliqui volunt à Mathilde conditum.
- MI- Castellum Episcopi : *Monte Pastore*, olim oppidum diues, nunc viculus.
- NO- VERGATVS : *Vergato*, præfecti sedes qui vicinis locis ius reddit ; burgus est, sed peramœnus.
- RA Misani rudera : *Piana di Missano*, Latinè Planities Misani. Urbis rudera ferunt indigenæ, negat Leander ipse doctus indigena.
- LO- Saxum Glossinæ : hodie *Santa Maria del Saffo*, cui adiacet via in saxo excauata in miram & terribilem profunditatem, ad cuius tutelam arx, nunc diruta à Bononiensibus.
- CA Villa Rubrij : *Pal di Rossi*, cultissima domus & digna potius Imperatore, quàm homine priuato.
- AGRI Septum, vulgò *Chiusa*, nobis *l'Ecluse*, murus crassissimus in Rheno alueo extructus, & aquas quasi obice sustinens, vt in altam fossam decidant, & hinc Bononiam inducantur ad circumagendas machinas.
- BO- Casia : *Casio*, monti affixa.

- NO- Balnea Porretana: *Bagni della Poretta*, oppidum lautissimum ob aquas ægris saluberrimas, inuentas à bubulco, cuius bos macilentus ex iis bibens conualuerat. Propè quoque aquæ Scarpetanæ, de quibus in Miraculis.
- NIEN- Plana: *Piana*, in limite Florentinæ Tusciz.
Loianum: *Loiano*, olim oppidum inter montes, destructum à Bononiensibus ob rebellionem, nunc tantum diuersorium.
- SIS Scaricalafinum: *Scarica-l'asino*, sic dictum quia propter montis asperitatem afini exonerarentur: olim oppidum, nunc vicus ob rebellionem.
- CIS } Bianorum, seu Pianorum: *Pianoro*, fortè à planitie sic dictum oppidum, indigenæ à Bianore Virgiliano. Hic olim arx munitissima, sed omnia disiecta ob rebellionem anni 1377. relictis tantum puteo, & stabulo.
- VIAM } BRITTI Castellum: *Britti Castro*, quod Leander putat esse arcem vrbs Brintis, quæ fuit olim Episcopalis subdita Rauennæ, vnde hîc restat adhuc Abbatia peruetus. Malè ergo à Britonibus eius nomen accersitur, qui postea in Italiam venerunt.
- ÆMI- Varignana: *Varignana*, patria Petri Varignani maximi Medici.
- LIAM. } Flavianum: *Castro Flagnano*, in montibus situm.
Casale Fuminesium: *Casale Fuminesso*, in regione cultissimâ, & villis elegantissimis distinctâ.
- FLV- } Panarus: *Panaro*, seu *Scultenna*.
VII } RHENVS cognomento Bononiensis: *Reno Bolognese*, de quo in Antiquâ.
AGRI } Apesa Torrens: *Apesa*, seu *Auesâ*.
BO- } Sauana: *Sauena*.
NO- } Idex: *Idice*.
NIEN- } Claterna: *Quaderna*.
SIS. } Silerus: *Silero*.

NUM. 13. *Ducatus Ferrariensis, Ducato di Ferrara.*

- Castrum Nouum: *Castro Nuouo.*
- VAL-
LIS } *Massa: Massa.*
Trecenta: *Trecenta.* } vici lauti, amœni & nobiles.
- FERRARIENSIS,
FICHARIOLVN: *Ficheruolo*, vnde ductum incile in Tartarum Fl. oppidum permunitum per Nicolaum Atestinum, qui hinc ad Stellatam duxit catenam, quâ Padum claudebat. Ab antiquis dicebatur vicus Aricoli, vt vult Priscianus.
- Valli del Ferrarese.
Pons Lacus Obscuri: *Ponte di Lago Obscuro*, ad Padum.
Palacella, aliter Pelofella: *Policella*, vnde Fossæ nomen ad deriuandas aquas paludum, & Athesis: celebris est locus ille Atestini Cardinalis de Venetis victoriâ.
- Crispinum: *Crispino.*
Papatium: *Papozzo.*
Corbulum: *Corbula.*
- POLLESINVS,
FERRARIA: *Ferrara*, nobis *Ferrare*, de cuius ortu Leandrum vide; nomen traxisse putant aliqui à voce *Fratrus*, quæ vox horridum sonat, alij à Fabro Ferrario qui hinc commorabatur, ad quem indigenæ recurrebant, vt haberent arma, ita Cælius Calcagninus; alij apud Leandrum, quòd incolæ penderent ferrum Ecclesiæ Ro. Alij denique ab vrbe Ferrariolâ ultra Padum, cuius ciues in hanc immigrarunt. Arx duobus auri millionibus stetit Clementi VIII. vrbsque olim pulcherrima nunc sensim deficit.
- RARIENSIS,
FANVM S. Blasij: *San-Biagio.*
FRANCOLINVM: *Francolino*, munitum olim propugnaculum ab Atestinis Marchionibus excitatum; nunc in vicum locus redactus est.
- POMPESINA,
Pomposæ Monasterium, seu Pomposia: *Pomposa*, celebre ob S. Guidonem Cardinalem, virum nobilem, qui hinc Archimandritam egit.
- Polesino di Ferrara.
Codicorum, seu caput Gori: *Capo di Goro*, initium olim Fossæ quæ Gaurus appellabatur, Leandro.
Incilia: vulgò *Bonificatione*, vt ager ille vliginosus, & palustris fertilis fieret; sed Padus huic admodum exitiosus est.

BBBbbb ij

POLE- (ARIANVM: *Ariano*, vnde huic tractui nomen.
SINVS | Portus Codicorum: *Porto di Goro*.
ARIANI | Palatum: *Palato*.
Polesino di | Fanum S. Basilij: *San-Basilio*.
Ariano. | Mesola: *Mezola*.

POLESINVS S. GEORGII, *Polesino San-Georgio*.

Fanum S. Georgij: *San-Georgio*, ad quod pons Ferrariae pertinet, vnde huic ditioni nomen.

Berigardum: *Belriguardo*, splendidum olim palatium, excitatum à Nicolao Ateftino.

Coderea: nunc *Quadrea*, olim Caput Eridani, seu Caput Rhedis, vt vult Priscianus Peregrinus lib. 1.

Cosandoli: *Consandolo*, ornatissima villa à Ferrariae Ducibus excitata, iuxta quam visuntur veteris Padi vestigia. Dicta est quasi Caput Sandoli, quia hinc Padus nomen Sandoli assumebat, ait Leander.

Buccaleo: *Bocca-leone*, Palatium Ducum sumptuosissimum, Ateftinorum opus: de quo Deucalionem quidam inepti fabulantur.

Argenta: *Argenta* castrum, antea trans Padum. Nugantur qui sic dictum volunt ab Argento quod Ro. Ecclesiae penderet. Varias est expertum vices, nunc sat laurum est.

Longastrinum: *Longastrino*, vicus peramoenus sic dictus ab amnis directissimo cursu.

Humana: *Humana*.

COMACLVM: *Comachio*, in stagno cognomine duodecim milium ambitus: quidam apud Leandrum quasi Cymaculum dictum volunt *Ἰπὸ τῶν κομάτων à fluctibus*, vt legitur in Annalibus Ecclesiae Rauennatis. Vrbs olim potentissima, & quae nobilem educebat classem, sed euerfa à Venetis anno 932. ex quo vix surgere potuit. Celebrantur eius pisces, & Salinae.

MANIA VACCA: *Magna-Vacca*, portus in quem se exonerat stagnum Comaclenum, seu Comaculum, nunc *Valli di Comacchi*: locus ille iam munitissimus est, & inter praecipua propugnacula Status Pontificij.

D I- (CENTVM: *Cento* frequentissimum, & opulentissimum
TIO | oppidum, sic dictum à centum casis piscatorum, qui

- FER- hîc caneros piscabantur : vnde nobilis hîc familia
 R A- Gambatarinorum nomen habet linguâ vernacula à
 RIEN- Cancro. Huius ager est canabis fertilissimus, quam
 S I S Plebis : *Piene*, honestum oppidum concessum olim suo
 EX- Episcopo à Bononiensibus.
 T R A Stellata : *Stellata*, ex quâ olim catena ducta ad iungen-
 P A- dum Padum, ad Fichariolum oppositum.
 DVM, Bondenum, & Buondenum : *Buondeno*, quò olim Pa-
 seu dusa ab vrbe Rauennâ pertinuit.
 IN Bastia : *Bastia*, ad Fl. *Santerno*, antè Turris Rotunda di-
 P A- cta, bellis Iulij I I. clara.
 DVSA Confilice : *Confelice*, sic dicta quasi Caput Silicis, quòd
 aut hîc via inciperet strata silice.
 IN Massa Longobardorum : *Massi di Lombardi*, condita anno
 P A- 1232. à 150. familiis Longobardorum fugientibus ex
 DVSA agris Brixiano, & Mantuano ob acerbitatem vecti-
 gium & angariarum Friderici I I. Hunc agrum à
 IN Bononiensibus obtinuerunt, & hîc simul habitantur :
 P A- vnde vrbi nomen Massa.
 DVSA Lucus : *Lugo*, seu *Luco*, à Luco Dianæ, castellum perho-
 aut nestum, & omnibus rebus affluens, sed mœnibus ca-
 IN ret. Hoc ciuitatem facere voluit Iulius I I.
 P A- Fanum S. Agathæ : *Sant-Agatha*.
 DVSA Cotignola : *Cottignola*, exiguum & pernobile oppidum,
 aut mœnibus firmissimis, & altâ fossâ præinctum ; con-
 IN ditum circa an. 1276. Malè ergo vocatur Vetus Ca-
 P A- strum Flaminie viæ. Hinc oriundi Sfortiæ, nobilis
 DV- in Italiâ olim potensque familia.
 S Æ Baniacauallum : *Bagnacavallo*, olim Tiberiacum, Ad Ca-
 P A- ballos, & Gabeum Leandro, oppidum perelegans,
 DV- & in agro feraci situm.
 S Æ Cunijruinæ duobus mil. pass. à Luco, aliter castellum
 P A- Cunium, patria Alberti Cuniatis, cuius ope grassa-
 tores Britones in Italiâ exterminati sunt. Hic exco-
 gitauit artem hominis muniendi ferro, ait Leander;
 perperam, quia eius artis meminit Claudianus, vt
 alios taceam : dirutum est à Bononiensibus, & vix

LVDI-
BVS. } eius rudera extant.
Fufinianum : *Fufignano*, Calcagninorum Comitum, et
Ferrariâ, castellum.

FLV-
VII } PADVS, } Primarium : *Primaro*, quasi Primum.
le Pó, } Volanzæ : *di Volana*, à quo portus dicitur.
cuius } Abbatis : *dell' Abbate*, ductum manu ostium.
hîc 5. } Gaurus : *di Goro*.
ostia } Quintum Ostium : *le Fornacé*, dirimit hunc
FR- } agrum à Ducatu Veneto, *le Dogado*.
RA- }
RIEN- } Tartarus : *Tartaro*, diuidens hunc agrum à Veronenfi ex
SES. } parte.
Vaternus : *Santerno*, alluens Bastiam oppidum.
Senus : *Seno*, irrigans Baniacauallum.

CAPVT VII.

De Regno Neapolitano.

OLIM Regnum Neapolitanum in quatuor duntaxat prouincias distributum erat, Campaniam Felicem, Aprutium, Apuliam & Calabriam, ad quas postea excogitata referrebantur : nunc ita se habet eius diuisio.

- I } CAMPANIA FELIX, seu ITALICA, vulgò *Terra di Lauoro* } Neapolis : *Napoli*, nobis
} *Naples*.
- II } PRINCIPATVS } CITERIOR. Salernum : *Salerne*.
III } *Principato*. } VLTIOR. Beneuentum : *Beneuent*.
- IV } Apulia, } CAPITANIATA } Manfredonia.
quod } *la Capitanate*.
- V } nomen } TERRIT. BARIENSE. } Barium : *Bari*.
defecit, }
- VI } *la Poiiile*. } TERR. HYDRUNTINVM } Hydruntum : *Otranto*.
} seu TARENTINVM. } Tarentum : *Tarento*.
- VII } APRVTIVM } CITERIVS. Lancianum : *Lanciano*.
VIII } *l' Abruzzo*. } VLTIVS. Aquila : *Aquila*.
- IX } COMITATVS MOLISSINVS } Boianum : *Boiano*.
} *de Molisse*. } Molissa : *Molisse*.

- X { BASILICATA } Acherontia : Cirenza.
 { la Basilicate. }
- XI { CALABRIA } CITERIOR. Cosentia : Consenza.
 XII { la Calabre. } ULTERIOR. San-Seuerina.
- XIII { I N- } BOREALES. Tremitanæ : de Tremitti.
 { SVLÆ } AVSTRA- } Ænaria : Ischia.
 { LES } Caprea : Capri. &c.

§. I. *Descriptio historica Regni Neapolitani.*

N V M. I. *Origo huius Regni.*

PARS hæc Meridionalis Italiæ ex quo Imperium Occidentale Ro. intercidit varias est experta vices. Primum enim paruit Gothicis, deinde Longobardis ex parte, deinceps Græcis, Francis, Sarracenis, Normannis, Sueuis; iterum Francis, Arragonensibus & Hispanis, ut ex eius Regni historiâ liquet.

Ut de reliquis taceam nec rem altiùs videar repetiisse, Sarraceni iam ab anno 845. hanc regionem infestabant, & quamquam subinde sæpè deuicti sint, atque concisi, nonnisi tamen ab Othone II. eiekti sunt ex Apuliâ, atque Calabriâ quas fortiter tuebantur. Sub annum 1000. Græci utrâque hac prouinciâ potiebantur, quæ tamen expositæ erant deprædationibus Sarracenorum Siculorum. Normanni itaque ex eorum profapiâ qui sub annum 900. Italiam ingressi erant, & in Romandiolâ aliquid agri obtinuerant, egregiam rei Christianæ nauarunt operam; Guilelmus qui à Brachio Ferreo nomen traxit filius Tancredi, expulsis ex Apuliâ Græcis perfidis dictus est Apuliæ Comes, cuius frater Robertus Guiscardus Apuliæ Calabriam adiunxit, & utriusque Dux creatus est à Nicolao II. Eius quoque frater alius Rogerius quicum expulit Sarracenos ex Siciliâ, factus est eiusdem Siciliæ Comes. Ex Roberto Guiscardo nati sunt Rogerius II. & Bohemundus qui in Syriam profectus creatus est Princeps Antiochiæ; ex Rogerio II. natus est Guilelmus, cui dum pergeret Constantinopolim, ut duceret filiam Imperatoris, Rogerius II. filius Rogerij I. Comitiss Siciliæ, Apuliam rapuit, atque Calabriam. Is Rogerius iam potentissimus se Regem Italiæ dixit, sed statim reliquit nomen ex

quo sibi plus inuidiæ, quàm honoris conflauerat. Verùm paulò post dictus est Rex vtriusque Siciliae ab Anacleto Pseudopontifice. NORMANNORVM porro posteritas defecit in Tancredo notho, quo mortuo transiit ad SVEVOS per Henricum VI. filium Friderici Ænobarbi, qui à Cælestino III. productus est, quia hoc regnum rediisse putabatur ad sanctam Seden extinctis legitimis hæredibus. Henrico successit Fridericus, huic Conradus, huic Manfredus qui regnum & vitam perdidit anno 1265. quando transiit regnum ad FRANCOS, & *Domum Andegauensem* per Carolum Comitem Prouinciæ S. Ludouici Gallorum Regis fratrem. Is ab Urbano IV. Rex vtriusque Siciliae creatus est eâ lege, vt nullus Rex Siciliae Imperium ambiret, neque se negotiis Hetruriae, & Longobardiæ immisceret. Hæsitque hoc regnum in familiâ Andegauensi vsque ad annum 1383. quando Urbanus VI. Ioannam Reginam exauðorauit, quòd fauisset Clementi VII. Antipapæ, eique substituit Carolum III. Dyrrachinum qui vtriusque regno præfuit, habuitque successores Ladislaum filium, & filiam Ioannam II. qui inter seditionem & bella tantùm regnauere in regno Neapolitano. Anno 1382. Ludouicus Valesius adoptatus à Ioanna I. rerum potitus est in regno Neapolitano, cuiusque posterii, quibus successere Reges nostri Ludouici XI. Carolus VIII. Ludouicus XII. Franciscus I. Henricus II. Sed cùm Ioanna II. adoptasset sibi Alphonsum Aragoniæ Regem tum agentem in Sardinia, is anno 1434. in vtriusque Siciliae regnum irrupit, & crebris fraudibus (vt nostri loquuntur Annales,) vt scribunt Hispani virtute Consalui quem suum Scipionem dicunt, in Aragoniam domum, amplissimam hanc ditionem traduxit. Sic eâ potitus Ferdinandus ex quo ad Carolum V. deuoluta est, & in Hispanicâ familiâ restitit, vsque ad nostram ætatem, quando nihil propius factum est quin ab eâ reuelleretur, seditione Neapolitanorum qui se tributis grauari querebantur.

NVM. 2. *Nomina Regni Neapolitani, & Prouinciæ eius.*

PRIMò dictum est Regnum Siciliae cis Pharus, de quo nomine iterum agemus in Sicilia, vbi originem huius vocis inuestigabimus. Inde dictum est regnum Neapolitanum à præcipuâ, & maximâ eius vrbe. Appellatur etiam aliquando Regnum, vnde equi

equi Neapolitani, aliquando vocantur *Chevaux*, ou *Coursiers de Regne*.

CAMPANIA olim ἀπλώς dicta, postea Felix à fertilitate, tandem vocata est *Terra di Lauoro*, vel quia commodissimè aretur, vel quòd non nisi magno labore subacta sit, & conseruata à Romanis, vt vult Leander, vel certè vt Blondus & omnes eruditi, à Campis Leborinis, quorum Plinius meminit.

PRINCIPATVS nomen accepit, quòd magna eius pars Principi Salernitano pareret.

BASILICATA vnde sit dicta negat reperisse vsquam Leander, ait tamen ita dici posse, quòd regio hæc sit asperrima, & ad instar Basiliscus execranda sit; frigidè. Probabiliùs nomen habere videtur à cæli gravitate, & quòd incolas suos solo aëris ductu enecaret.

CALABRIA si ineptis quibusdam Grammaticis creditur, nomen habet à vocibus χαλῶς βρύω, *benè pullulo*, seu *pubesco*, propter soli fertilitatem; meliùs ita dicitur à populis Calabris, de quibus egimus in Antiquâ, qui ex Apuliâ in hanc partem videntur immigrasse. Aliquando & *Calauria* nominatur.

APRVTIVM, vulgò *l'Abruzzo*, cur sic appellata sit Regio Samnitium, non consentiunt scriptores. Leander quatuor rationes huius vocis proponit. 1. quasi *non Brutia*, seu *fugitiua*, quòd indigenæ hac notâ infamiæ carerent. 2. ab Aprorum frequentia, quoniam hîc pleræque sylvæ in quibus delitescunt. 3. ab asperitate montium, quasi *Asperutium*. 4. denique communior Blondi, Volaterrani, ipsiusque Leandri, vult Aprutium corruptè pro *Præcutio* dictum esse, à *Præcutinis* populis exiguâ Samnitum parte.

CAPITANATA nomen accepisse dicitur à quodam Duce (Capitaneum Itali vocant) huc misso à Basilio Imperatore, qui inter reliquas vrbes condidit hîc Troiam; hæc Leander ait se legisse in antiquissimis Bononiensium Chronicis: quare Manfredoniæ locus, antea dicebatur *Portus Capitaniatæ*. Quæ verò Capitaniata dicebatur, cœpta est corruptè efferri *Capitanata* circa ann. 1018. Ita Leander.

N V M. 3. *Quantitas Regni Neapolitani.*

Longitudo eius desumitur ab ostio Truenti Fl. *Tronto* ad Prom.
Parall. Geogr. Tom. II. CCCccc

Spartiuento, quæ distantia complectitur totos sex gradus maioris circuli, ac proinde 360. mil. pass. leucas Francicas 180. Germanicas 90. Milliaria Italica quidam ei tribuunt 450. sed flexuosum cursum sequuntur.

Latitudo maxima, desumitur à Caietâ, ad ostium Truenti Fl. 110. aliis 112. mill. pass. leucarum Francicarum 55. Germanicarum 27. cum dimidia. *Minima latitudo*, à sinu S. Euphemix 18. aut 20. mil. pass. leucarum nostrarum 9 aut 10. Germanicarum 5. circiter.

Ambitus eius dicitur nunc esse 1460. milliarium omnibus rectè subductis, Collenucius autem ei tribuit 1568. quod deflectere videtur à vero.

N V M. 4. De qualitate totius Regni Neapolitani.

REGNUM NEAPOLITANVM in genere caloribus obnoxium est, maximè cis Apenninum, non ita trans montem illum æstus deserviunt nisi in Apuliâ: tum quia mons ille calorem repercutit, tum quia idem ventos Boreales & frigidos refringit. Vbique rigua est, quia Apenninus ex utroque pede suo innumeros fluuios, & fontes emittit. Vbique oleum, vbique vinum prouenit, vbique pascula lata ex quibus equi Neapolitani, qui 14. annos laborem ferre possunt, immo & annis 20. si bene curentur. Nutriuntur hi æstate, in vallibus opacis, aut in iugis algidis Apennini; hyeme in planitiem deducuntur, maribus, sceminisque discretis ne venere dissoluantur, & sub ilices proceras tempestate sæuiente diffugiunt. Nulla hîc venenata animalia præter Tarentulam & Cherfydros. Tarentulæ morsus musicâ sanatur: Cherfydri ita dicti sunt serpentes qui in terrâ, & aquis viuunt. Locustæ hîc quoque magnam agris perniciem inferunt. In eo metalla omnis generis, & fodinæ auri & argenti desertæ sunt, quia labori non respondebat pretium. Item hîc omnis generis marmora, lapides Lydij exquisitissimi quos *Parangonas* vocant. Bubali hîc quoque vegeti, & grandes, & omnis generis animalia. Sed iam singulas huius regni provincias inuisamus.

CAMPANIA FELIX, seu TERRA LEBORINA mollissimi, & temperatissimi aëris est. Aquis item abundat ad depellendos morbos. Ager hîc fertilissimus, atque cultissimus, & ferè vbique bis in anno flores emittit. Bis quoque lina proueniunt, semel frumen-

tum, quo exciso *Zea*, quæ ideo *Campana*, & *Italica* nominatur, nobis *de l'Epeante*, ex quâ exquisitissimæ pultes. Laudantur hîc vina *Surrentina*, *de Sorrento*, *Massicana* *Massicano*, *Nolanum* *Nolano*, *Græcum* *di Sommâ* ex monte *Vesuuio*. Sulphur eruitur optimum ad *Vesuuium*, Gypsum ad *Caietam*.

PRINCIPATVS CITERIOR. Regio temperatissima est, quare omnes hîc longæui. Aquæ quoque hîc calidæ non pauca, plerisque in locis frumenti ferax, maximè in agris *Salernitano*, *Amalphanis*, *Dianensi*, *Ebulensi*. Abundat quoque croco & moris vbiq; unde multum hinc serici. In plerisque locis oleum, vinum, *zea*, legumina affatim nascuntur.

PRINCIPATVS VLTIOR est paulò frigidior Citeriore, sed aëris saluberrimi est, armentis diues, fructibus abundans; frumento, oleo, vino circumpositis regionibus decedens. Ferina hîc vilissimi pretij est; nuces & castanæ innumerabiles. Metallicæ fodinæ auri & argenti desertæ, quia parum metalli reddebant.

BASILICATA asperrimum solum habet, sed tamen frumenti, vini, & olei diues; hîc quoque commodissimè crescunt crocus, & gossipium: melis & ceræ copiosus proventus, quia hîc apes plurimæ. Ad oram leguntur aliquando vniones, sed minuti, & fusci.

CALABRIA egregiè rigua est, cerâ, melle, pascuis, frumento læta. Sed super cæteras merces commendatur *Manna Calabricum*, triplicis generis, vnum dicitur *di Fronde*, quia ex foliis legitur, exquisitissimum prorsus: aliud *di Rami*, quia colligitur ex ramis, aliter dictum *di Pietra*, & *di Terreno*, quia rupibus & terræ adhærescit: tertium denique vile dicitur *di Corpa*, eliciturque instar gummi ex pinis perterebratis, & lacrymas emittentibus. Olim primogenitus Regis *Neapolitani* dicebatur *Dux Calabria*.

Calabria Citerior frugum copia diues est, oleumque optimum emittit, & magni in Italiâ pretij. Mori hîc quoque plurimæ, quare serici magna copia. Sal quoque candidissimum ex rupibus effoditur. Metalla item omnis generis, sed ferrum & calybs aliis anteferuntur: ferinæ quoque ingens copia ex *Apennino*, & syluis amplissimis.

Calabria Vltior, montibus tumet, balneis abundat, dat fructus optimi saporis. Bolus *Armeniacus* hîc ante aliquot annos detectus est. Equi quoque hinc vegeti, armenta innumera, mellis supra quàm credi possit copia, accersuntur.

APVLIA, vt olim nunc etiam calores acerbissimos experitur, & muscas tam importunas vt locum parœmiæ dederint, qui pœnas inferni hîc prægustare velit, huic æstatem in Apuliâ, hyemem ad Aquilam transigendas esse. Certè calor hîc plerumque tantus, vt etiam vina in vasis corrumpantur. Et tamen quod mirabere, pascuis lætissima est, vt mox ex eius partibus edisces.

Capitanata solum habet siccius, & arenosum, pabulum tenue, sed exquisitum, & quod parua copiâ pecori armentoque sufficiat; ideoque Regis nomine pascua leui pretio à possessoribus redēpta, locantur, vnde aliquando Rex subductis impensis ducenta quinquaginta & amplius ducatorum millia conficit; nam ex Aprutio, & vicinis agris huc armenta & pecora deducuntur; foruntque hîc aliquando 5. milliones pecudum numeratas esse, supra mille capitaboum, mille equorum; sed arboribus ferè tota caret.

Barenfis ager temperatissimus est, frumenti, & leguminum ferax, item & croci, atque omnis generis fructuum. Phalangia quoque, seu Tarentulæ hîc plus nocent, quàm in aliis Italiæ locis. Serpentes hîc quoque plurimi, sed Ciconiæ egregiam operam locant iis exterminandis.

Hydruntinus ager grandini obnoxius est, atque fulminibus; sicior est, & tamen pascuis lætus. Oleum eius toti Italiæ sufficeret. Chersydri hîc plurimi visuntur; item & locustæ quas *Canalettas* vocant, earum examina sæpe agros defolarent, nisi Gaiij (volucrum genus est) ea dissiparent. Ex plebe hîc plurimi leprosi, quia suillâ carne, & ficibus siccis plebeij victitant.

COMITATVS MOLISSENSIS fertilis est, & frumento abundat, croco, vino, gossipio, serico. Hîc tam multæ feræ, vt earum caro domesticis vilius veniat.

APRVTIVM CITERIVS riguum est, collibus tumet, syluis distinguitur, ideoque frigidius cæteris reliquis huius regni partibus. Dat frumenti, vini, olei, croci plurimum. Pix quoque hîc è terrâ eruitur. Niuës hyeme hîc tantæ, vt ex montibus deuolutæ plerumque viatores obruant, maximè ad montem Maiellam.

APRVTIVM VLTERRIVS quoque frigidum, vnde prouerbium enius suprâ meminimus in Apuliâ. Ad Aquilam crocus ita crescit, vt toti Europæ sufficere videatur. Abundat quoque frumento, lino, fructibus, & ferinâ.

NUM. 5. *De Moribus incolarum Regni Neapolitani.*

INCOLÆ huius Regni pessimè audiunt apud reliquos Italos, unde prouerbum, Regnum Neapolitanum *Paradisum* esse, sed incolas *Demonas*. Generosi sunt omnes, & fortes, atque luculentam Hispanorum Regi nauant operam in omnibus bellis, & si hi deficerent equestris militia Hispanorum planè iaceret. Nobiles hinc ferè otiosi viuunt: Omnes eleganter vestiti incedunt. Nusquam plures meretrices quàm Neapoli. Mulieres tam splendidè vestitæ, vt nobiles à plebeiis vix distinguantur. Frugales sunt Neapolitani, & parci, sed cùm res exigit splendidi supra vires atque fortunas. In seditiones propendent, quibus ætate nostrâ iugum Hispanicum tantùm non excusserunt. Lingua Neapolitana inquinatior; sed longè magis Calabra; turpissima, & ridicula Apula.

CALABRI astuti creduntur omnes, malitiosi, pertinaces, quæ vitia auxere quoque Albani, qui ex Græciâ inter hos sparsi sunt. Ingenio sunt peracri, corpore compacti, & expeditissimi ad longum iter peruolandum.

APVLI robusti omnes, atque proceri, ad bella nati, & satis fideles, sed ingenij obtusioris.

SAMNITES denique, seu incolæ *Aprutij*, generosi, candidi, fortes, liberales, fideles, & multùm de Gallorum moribus referunt.

Cætera quæ de iis circumferuntur satyræ potiùs videntur, quàm morum obseruationes.

NUM. 6. *Politia huius Regni.*

STATUS HUIUS REGNI. Nobilitatis hinc infinitus propemodum numerus est; recentior libellus editus Amstelodami numerat 19. Principes, Duces 25. Marchiones 37. Comites 54. Barones supra mille. Alij minorem numerum suggerunt, alij maiorem. Certè qui Gallicè editus est de Principibus Italiæ tractatus, 60. Principes suggerit, ferè centum Duces, plures Marchiones, pauciores Comites, de Baronibus cum Amstelodamensi concinit. His defunctis, nisi consanguinei sint adedò propinqui, vt iure Pragmaticæ Sanctionis succedere queant, ad Regem Hispaniæ eorum di-

tiones deuoluuntur. Eæ postea venduntur ditioribus mercatoribus, aut nepotibus Cardinalium, unde discordiæ aluntur inter illos, & antiquam Nobilitatem, quâ non infipienter vtuntur Hispani. Oppida nullis Baronibus, aut Dominis subiecta à Rege venire possunt, & sæpè veneunt.

ADMINISTRATIO. Regni huius caput est Prorex, qui etiam oræ Tuscæ prouidet, vt præmonuimus: & is ferè tantum triennio præest. Emittit à se delectos, Proreges etiam appellatos in Apurium Citerius, Capitanatam, regionem Hydruntinam, Barianam, vtramque Calabriam, & Principatum vltiorem. Prorex consiliū habet Collaterale dictum, quia Proregi assidet, eumque adiuuat ad Regnum administrandum. De aliis magistratibus, dignitatibus, foris, lege tractatum de Principibus Italiæ, & Dauitium. Neapolis autem ciuitas regitur à consilio sex virorum, quorum quinque ex Nobilitate de singulis vicis, & vnus ex plebe. Sed de illis vicis postea agemus in Geographicâ descriptione.

MILITIA. Peditum hic quatuor aluntur millia sub diuersis Tribunis, & vno Præfecto quem vocât *Mæstro di Campo*, & vno iudice quem appellant Auditorem: vocantur hæ copiæ *Terzo di Napoli*. Præterea in arcibus, castellis, turribus mille sexcenti Hispani pedites numerantur. Equitatus ex mille Cataphractis constat in sedecim turmas distributus, singulæ turmæ 60. continent, Proregis tamen turma 100. numerat, præterea quadringenti velites in quinque turmas diuisi sunt. Quot autem possint exigi milites rebus exigentibus, exinde edisces quòd in hoc regno quingenta quinquaginta focorum millia numerentur, quinquies centies mille capita supra duos miliones. Triremium quinquaginta classis, quia regnum ferè mari inuadi potest.

DIVIITIÆ. Annuus reditus est vicies quinquies millium ducatorum, seu duorum millionum cum dimidio, præter alia vectigalia, quæ primùm donatiui nomine extorta, in tributum ordinarium transferunt. Item & aliquid frumenti in singulos focos pro hospitiiis præfidiariorum, & nobilium qui Proregem comitantur, pro custodibus turrium maritimarum, pro reparatione viarum militarium, denique pro circitoribus campestribus. Certè omnes Proreges, & præfecti ex eo regno diuites redeunt, unde grauissima seditiones ortæ, quas hætenus satis feliciter Hispanus sopierat, sed quæ concitata est 1647. prændè eos ex hoc regno exterminauit.

VRBES MVNITÆ, & præfidiis instrui solitæ, sunt *Piscaria* & *Ciuitella* in Aprutio, *Beftricia* & *Manfredonia* in Basilicatâ: *Barleta*, *Trani*, *Biseglia*, *Monopoli* in tractu Barriensi: *Taranium*, *Cortona*, *Rheggio* in Calabriâ: *Neapoli* & *Caieta* in Campaniâ. De arcibus suis locis dicetur in vrbibus quibus adiacent.

PORTVS sunt Neapolitanus, Baianus, Caietanus, Brundusinus: *Tranius* in Barriensi agro si reficeretur centum naues & amplius caperet. *Tarentinus* amplissimus est, sed in dies obducitur, metu vt aiunt ne eo *Turca* vtatur ad inuadendum hoc regnum.

TVRRES LITORIÆ in toto regno sic numerantur: in *Campaniâ* 32. in *Principatu citeriore* 69. in *Basilicata* 7. in *Calabriâ Citeriore* 27. in *Calabriâ Vltiore* 50. in *Agro Hydruntino* 65. in *Bariano* 16. in *Aprutio Citeriore* 7. in *Aprutio Vltiore* 6. in *Capitanatâ* 22. omnino vna cum trecentis.

VIÆ quibus exercitus terrestres traduci possunt ex ditione Pontificiâ in hoc regnum, quatuor numerantur. *Prima* per *Fanum S. Germani*, *Frusinonem*, *Anagniam*, satis infelicitè à Gallis tentata tempore *Gonsalui*. *Secunda* per *Fucini* dextram ripam, & *Valerij* vicum, admodum difficilis ob asperitatem montium. *Tertia* per ciuitatem *Reate*. *Quarta* denique expeditissima per *Firmum*, *Aseculum*, *Ciuitellam*, *Iuliam Nouam*, quæ planior, & tutior, & ducit in *Apuliam* omni rerum copiâ abundantem.



FAMILIÆ ILLVSTRISSIMÆ; *Caraffe*, *San-Seuerini*, *Colomne*, *Bisniani*, *Picolominei*, *Aquauiuæ*, *Spinelli*, *Castriote*, & alij quos hîc recensere prolixum esset.

§. 2. Descriptio Geographica Regni Neapolitani.

NVM. I. *Campaniâ Felix*, Terra di Lauoro.

CIVI-	NEAPOLIS: <i>Napoli</i> , nobis <i>Naples</i> , de quâ Paragrapho proximè sequenti.
T A-	PVTEOLI: <i>Pozzuoli</i> , nobis <i>Pouzzol</i> , portum habet commodissimum, sed oblimatur sensim: vrbs quoque multis terræ motibus deformata est. Circa hanc plurima balnea, & aquæ salutare, de quibus in Admirandis.
T E S	
M A-	ISCHIA: <i>Ischia Citta</i> , de quâ in Insulis.

- CASTELLVM ALMARINVM, cognomine Boturnensium ait Leander: *Castello à Mar di Volturmo*, aliter *Castel di Volturmo*, ad ostium prædicti fluij.
- RITI- VICVS, seu Viciaqua: *Vico*, exigua ciuitas, sed lauta factis & in agro peramœno: à quibusdam Principatui Citeriori attributa in quam incurrit: Equensis cognominatur.
- MÆ SVRRENTVM: *Sorrento*, perantiqua ciuitas monti insidens, sed longè augustior quàm olim fuit, vt vicina ruderera arguunt.
- CAM- MASSA: *Massa di Sorrento*, à quibusdam Principatui quoque inferitur, recens ædificata est, & ab eâ dictum vinum Massanum, olim Surrentinum.
- PA- CAIETA: *Gæta*, nobis *Caiete*, ciuitas munitissima cum arce duplici, & magno præsidio Hispanorum, qui eam clauim huius regni nominant. Datus est ei Episcopus post Formias à Sarracenis exeisas, & ossa D. Erasmi Martyris in eam translata. Patria fuit Thomæ à Vcio Caietani Cardinalis.
- NIÆ.
- OPPI- Spelunca: *Sperlonga*, aliter Castellum Spelunca versus
DA Campaniam Romanam.
- & Mola: *Mole*, sic dictus à multitudine Molarum vicus longissimus, non procul ab eo loco, vbi olim Formiæ à Sarracenis destructæ.
- MI- Patria: *Patria*, turris in ruinis Linterni, ad lacum cognominem.
- NO- Cuma: *Cuma*, ruderera antiquæ vrbis, sed ex veteri loco
RA translata.
- LO- Baianum Castrum: *il Castel di Baia*, iuxta quod Balneum
CA Ciceronianum, de quo in Admirandis.
- MA- Mergelinæ, aliter Mergulinum: *Mergolino*, domus cultissima Sanazarij viri doctissimi, vbi versabatur cum
RITI- viris eruditis, eamque post mortem Seruitis Religio-
MA sis donauit.
- CAM- Turris Græca: *Torre del Græco*, sic dicta à vino Græco,
PA- vel à conditore, origine Græco. Alij dictam volunt
Turrin Octauam, quòd octauo lapide à Neapoli dis-
sectæ.



n fium
 asel di
 ura fa
 ui Ci
 nomi
 ti infi
 ina ru
 i quo
 dictum
 a cum
 n, qui
 ei Epi
 ssa D.
 homz
 verfus
 a vicus
 armizà
 ogno
 ri loco
 Incum
 us cul
 ar cum
 eligio
 ræco,
 volunt
 oli di
 stet.

- stet: olim dicebatur Herculanium.
- NIÆ. Turris Nunciata: *Torre del Annunciata*, Castellum elegans non procul à Sarni Fl. ostio.
- CAPVA Noua, *Capua*, nobis *Capouè*, ad Fl. Vulturum, quando excitata fuerit diximus in Antiquâ. Direpta est à Conrado Friderici II. Imp. filio, & iterum ab exercitu Lud. XII. Gall. Regis deformata; ciuitas nunc tenuis & multum ab antiquâ diuersa, & loco & diuitiis.
- CIVI- TA- NOLA: *Nola*, nobis *Nole*, nunc angusta ciuitas, olim amplissima, de quâ librum scripsit Ambrosius Leo.
- TES ANVERSA: *Auersa*, veteris Atellæ ruinis inædificata, & opposita Capuæ & Neapoli à Roberto Guiscardo Normanorum Duce, vnde & dicta est quasi *Aduersa*; alij aliter eius conditorem vocant. Deleta est à Carolo I. Rege Neapolitanorum.
- ME- SVESSA: *Sessa*, Ducatus titulo insignita; in eâ nobiles pleræque familiæ: patria fuit Augustini Niphi.
- DI- FVNDI: *Fondi*, dono data Prospero Colonnæ à Ferdinando Arag. & Neapol. Rege. Capta à Caradino E. nobarbo 1534. & omnes ciues abducti in seruitutem.
- TER- ACERRA: *Serra*, seu *Acerra*, ad Fl. Patriam.
- RA- TRAIECTVM: *Traietto*, in quam translatus Episcopus Minturnensis.
- NEÆ ALIFÆ: *Alifi*, in montanâ regione non procul à Vulturino fluuio.
- CAM- AQVINVM: *Aquino*, vnde dictus S. Thomas; & antea viri aliquot magni inde oriundi fuerunt.
- MONS CASSINVS: *Monte Cassino*, in Historiâ Ecclesiasticâ memorabilis, incunabula ordinis D. Benedicti; varias expertus vices, sæpe incensus, sæpe reparatus locus.
- SORA: *Sora*, Ducatus caput: incensa est à Friderico Imp. quis eam restituerit nescitur: nunc satis lauta est & frequens.
- TEANVM: *Tiano*, olim cognomine Sidicinum ad discrimen Apuli, ditio Principis Stilianii *Strigliano*.

CALATIA: *Gaiazzo*, seu *Caiazza*, octo millibus passuum à Capuâ disjuncta.
CALVI olim *Cales*: *Calui*, de quâ multa fabulosa circumferuntur.
PA-TELESIA: *Telese*, quam aliqui perperam in Aprutio collocant, quia Samnitium olim fuit.
VENAFRVM: *Venafro*, cuius ager ut olim, sic nunc ab oleis celebratur.
CARINVLA: *Carinola*, non procul distita à veteris Caleni ruinis, cuius vina etiamnum laudantur, ut olim Calena.
NIÆ-CASERTA: *Cazerta*, ad radicem Tifatæ montis.
LARINVM: *Larino*, quam civitatem volunt decerptam, postremâ diuisione, à Comitatu Molissensi, quod minus probabile; nimis enim à Campaniâ hæc disjuncta est.

OPPI-ITRUM: *Itri*, in loco peramceno situm oppidulum.
DA-Castrum Nouum: *Castro Nuovo*.
Arx: *Arce*, de quâ in Veteri.
Arpinum: *Arpino*, locus olim quàm nunc celebrior.
Fanum S. Germani: *San-Germano*, in ditone Abbatis Cassinensis: laudantur eius acus.
& Gallutium: *Gallutio*, non procul à Venafro, in quo Rogerius filius Rogerij Siciliæ Comitis obsessus est ab Innocentio II. vbi & Pontifex cum Cardinalibus captus est, & perhumaniter habitus.
S. Maria Oliuetina: *Santa Maria di Alueto*, corruptè pro *Oliueto*.
LO-Turris Francolifena: *Torre Francolise*.
CA-S. Maria Gratiarum, seu *Capua vetus*: *S. Maria del Gracia*, aliter *la vieille Capouè*, duobus millibus à Capuâ Nouâ in Meridiem, vbi multa vestigia antiquitatis.
ME-Marlianum, seu *Marianum*, & *Merclianum*: *Marcigliano*.
DI-RA-Poggium Regale: *Poggio Reale*, palatium nobile ædificatum à Ferdinando I. Aragonio in ruinis Palæopolis, vbi aquæ limpidiissimæ: nunc deficit, quia far-

- ta testâ non curantur.
- GAM- Matalonis, aliter Maraleonis, & Magdalonium: *Matalone*, Comitatus nobilis Caraffarum.
- PA- Moronida: *Morone*.
- NIÆ. Duratianum: *Durazzaro*, Ratanorum patrimonium.
- Somma: *Somma*, burgus elegantissimus ad radicem Vesuuij, à quo nomen nouum mons accepit.
- FLV- LIRIS: *Carigliano*, in historiâ nostrâ celeberrimum, ad
MI- quod res Gallicæ olim afflictæ sunt: recipit fluuiolos
NA Fibrinum *Fibreno*, Melum *Melle*, seu *Melfa*, & aliquot alios.
- Sauo: *Saone*, aliter *Liugliano*, in paludes extensum.
- GAM- VULTURNVS: *Volturno*, olim Casilinus dictus Agathæ,
PA- qui ad eum refert victoriam Gallorum. Recipit Calu-
NIÆ. um *Calui*, Sabbatum *Sabbato*, & alios.
- Clanis: *Clanio*, aliter *Patria*.
- Sarnus: *Sarno*, aliter *Scafati*.
- LA- Mortuum Mare: *Mare Morto*, sinus veriùs appellandus.
- CVS AVERNVS: *Averno*, seu *di Tripergole*: ab antiquis eius fundus explorari non poterat, nunc deprehensus est vlnarum cccclx. teste Leandro; de eo iterum in Admirandis.
- CAM- Acherusius: *Lago di Collucia*.
- PA- Anianus, seu Thermæ Anianæ: *Lago d'Agugno*, de quo in Mirabilibus plura dicemus.
- NIÆ. BALNEA hîc quoque innumera, quæ eleganter, & accuratè descripta leges apud Leandrum.
- MON- VESUVIVS aliter Somma à vicino pago: *le Vesuue*, aliter, *le Mont de Somma*, ou *de Somme*, vitibus magnâ ex parte confitus, & peramcenus, nisi ab eâ parte per quam eru&tauit incendia. Ætate nostra sic æstauit, vt calamitatem vltimam Neapolis expectaret.
- TES
- PRÆ- PAVSILIPVS: *Poslipo*, excurrens in mare, & Promontorium cognomine emittens, amœnissimus quoque, cuius imago etiam oculos ineruditos distinet, quam tibi in appendice Tabulæ exhibemus.
- CIPVI

CISTELLVS : *Monte Cistello*, corruptè in *Tabulis Ristello*, cui fixa erat antiqua *Cuma*.

CAM- **ASTRVNVS** : *Astrugno*, editissimus cuius in medio lacuna ingens, & in huius fundo *Aquila* iugis cum exiguo luco, nam in morem amphitheatri mons ille excavatus est, quod terræ motu factum esse putat *Leander*.

PA- **MONS CHRISTI**, *Monte Christo*, efformatus in clade *Tripergolanâ*, quando vicus *Tripergulanus Balneis* suis celeberrimus obrutus est anno 1536. tunc autem terra mugitum horribilem edens, flammamque & lapides eructans montem hunc concinnavit.

NIÆ. **MONS DRACONIS** : *Monte Dragone*, nunc quoque ut olim vitifer, *Massicus* antiquis dictus.

CRY- **PTÆ** **BAIANA**, seu **CVMANA** angustiore aditu, vulgò *la Grotte de la Sibylle*, de quâ multa fabulosè à Poëtis conficta sunt. Carebat olim exitu, sed *Agrippa* gener *Augusti* luco *Auerni* succiso, ductâque fossâ *Cumas* vsque fabulas illas dissipavit, quæ erant de *Cimmeriis* tenebris confictæ.

CAM- **NEAPOLITANA** : *la Grotte de Naples*, ad mille passus geometricos circiter porrigitur excisa in radice montis *Pausilipi* 15. pedum circiter latitudinis, ad totidem altitudinis. *Alphonsus* Rex *Aragonum* eam dilatavit, & spiraculis iam obturatis, duo nova in montis latere aperuit. *Petrus* autem *Toletanus* *Prorex Neapol.* pro *Carolo V.* ad perpendicularum sic eam deduxit, ut vtrumque ostium pro lumine esse possit per eam gradientibus.

NVM. 2. De urbe *Neapolitana*, *Napoli*, nobis *Naples*.

QVAN- **TITAS.** } Olim ambitus eius erat trium millium, nunc ad sex millia extensus est, seclusis suburbiis quorum aliqua ad duo millia passuum videntur procurrere.

CVRIÆ } 1. **CAPVANVS** : *di Capua*, ex familiis 42. conflatus.

seu } 2. **MONTANVS** : *di Montagna*, ex familiis 22.

VICI, } 3. **NIDENSIS** : *del Nido*, ex familiis 57.

DDDddd iij

ITALIA RECENTIOR.


4. PORTVENSIS: *del Porto*, ex familiis 25.
5. PORTÆ NOVÆ: *di Porta Nuova*, ex familiis 17.

- AR-
GES
&
CAS-
TRA
NEA-
POLI-
TA-
NA.
- NOVVM CASTRVM: *Castro Nuovo*, excitatum à Carolo Andegauensi S. Ludouici fratre, vt vrbi & portui præsidio esset, à Ferdinando Aragonio munitum. Figuræ quadratæ est, & palatium luculentum habet.
- CASTELLVM OVI: *Castello del Ouo*, quia in formam Oui efformatum est, in Insulâ Megari excitatum à Guiljelmo III. Normanno, ideóque olim dictum Castellum Normanicum, aliter & castrum Luculli.
- SANTREMENSE CASTRVM: *Chasteau S. Erme*, aliter *S. Erme*, conditum à Roberto primo filio Caroli II. Sed à Carolo V. Imperatore inexpugnabile redditum, ideóque dictum Frenum Neapolitanum. Addidit etiam aliquid Philippus I I. ad munitiones.
- CASTRVM CAPVANVM, seu VETVS: *Castro Capvano*, olim sat munitum, sed curiis tantum, & consiliis adhibitum.
- TURRIS S. VINCENTIJ: *Torre San-Vincenzo*, prope Castrum Nouum, propugnaculi instar quod Franci aliàs sex mensibus propugnarunt.
- TURRIS S. MARIÆ CARMELITANÆ: *il Torione della Madona del Carmine*, locus his vltimis turbis, & seditionibus celebris & munitus.

SVBVRBIA. Septem hîc numerantur.
PORTÆ. Decem in eâ perhibentur esse.

NVM. 3. *Principatus Citerior*, vulgò Principato Citra.

- CIVI-
TA-
TES
MA-
RITI-
MÆ
- SALERNVM: *Salerno*, nobis *Salerne*, à mari mille passibus distitum, Academia Medicorum percelebris, & caput Principatus, vnde olim primogenitus Regis Neapolitani nomen ducebat. Hîc corpus S. Matthæi seruatur in Templo celeberrimo: celebrantur quoque huius tractus Malogranata.
- AMALPHIS: *Amalphi*, vnde oræ nomen *la Coste d'Amalphi*, quæ tam multis vicis & pagis distincta est, vt vna



Carolo
 ui pra-
 Figutz
 am Oui
 Guiliel-
 stellum
 er S. El-
 II. Sed
 dicum,
 Addidit
 apiano,
 liis ad-
 Castrum
 diàs sex
 Madona
 tionibus
 a.
 de pass-
 bris, &
 s Regis
 Matthai
 ar quo-
 Amal-
 vt vna

- PRIN- } vrbs videatur. Nautæ hîc excellentes, quare ab iis in-
 uenta dicitur pixis Nautica, seu Magnetica an. 1300.
 CIPA- } à Flauio Gioia. Hîc seruatur corpus S. Andreae, de
 quo in Admirandis. Olim Ducatus titulo insignita
 TVS } est.
- MINORA: *Minori*, & *Minuri*, non procul à littore, cuius
 Episcopus dicitur Minorensis.
- TURRIS MARINA BRUCCANA: *Castel à Mare della Bruccana*
 ciuitas, sed sine Episcopo, non procul à littore.
- POLYCASTRVM: *Polycastro*, vnde sinus nomen habet, ci-
 uitas Ducatus titulo insignita.
- RIS. } CAPRI: *Capri*, de quâ in Insulis:
- LOCA } Castellum Almarinum cognomine Stabiense: *Castel à*
 MINO- } *mare di Stabia*, in agro peramœno, & frugifero, olim
 RA } Stabiæ.
- MARI- } Acropolis: *Agropoli*, vnde ait appellari sinum vicinum
 TIMA } Leander.
- HVIVS } Castellum Abbatis: *Castello dell' Abbate*, nouum oppi-
 TRA- } dum, at fat lautum.
- CTVS. } Molphæ: *Molpa* turris, olim vrbs in colle, à piratis
 destructa est.
- Pisciotæ: *Pisciota*, ad quam vrbeculam magna Buxi
 copia nascitur, vt ait Leander.
- PRO- } Mineruinum: *Capo del Minerna*, Capreas Insulam respi-
 MON- } ciens; à Mineruæ templo nomen retinet.
- TO- } Ursinum: *Capo dell' Orso*, nautis horribile, quia hîc marini
 RIA. } æstus atrociores quàm in reliquâ orâ.
- Pisciotanum: *Capo di Pisciota*.
- Palinuri: *Capo di Palenudo*, leuiter voce detortâ.
- SARNVM: *Sarno*, ad fontem fluuij cognominis.
- CIVI- } CAVA: *la Caua*, à loci situ sic dicta, nunc pænè deserta,
 TA- } eius incolis ruri degentibus, & tantùm hostium metu
 TES } in eam refugientibus; ad hanc Abbatia celeberrima
 cognominis.
- ME- } NVCERIA cognomento Paganica, seu Paganorum: *No-*
 DI- } *cera delli Pagani*, ita dicta vel quia Sarraceni victi ad
 TER- } Lirim Fl. à Ioanne X. Pontifice hac se continuerunt,
 vt

- R A- vt ait Volaterranus, vel vt credit Ruffanus, à rusticis circum in pagis degentibus.
- NEÆ CAMPANIA: *Campagna*, Marchionatus titulo illustris, data antea Principi Monachienfi *de Monaco*; Episcopatus eius vnitus est Sarranenfi.
- PRIN- CANGIANVM: *Cangiano*.
- CIPA- CAPVT AQVEVM, seu Cappacia: *Cappacio Nuovo*, nam verus sensim deficit; dicitur facta esse hæc ciuitas ex
- TVS Pæsti ruinis.
- CITE- ACERNVM: *Acerno*.
- RIO- RIVELLVM: *Ravello*, noua ciuitas in monte condita, & nulli iam huiusregni decedens, in quâ aliquot palatia.
- RIS- LETTERANVM: *Lettere*, ciuitas exigua ad partem Borealem montis.
- SCALA: *Scala*, ciuitas varias experta vices.
- San-Seuerinum: *San-Seuerino*, vnde familia Sanseuerinatum, qui origine Galli sunt, inquit Volaterranus, quorum vnus cæteris fugientibus interulâ cruentâ hosti detractâ vsus est pro vexillo.
- NO- Angrium: *Angri*.
- RA Bracilianum: *Bracigliano*.
- LO- Vicus Veterum: *Vietri*, vbi villæ plurimæ, eæque peramcenz.
- CA Castellucium: *Castelluzzo*.
- ME- EBOLVM: *Euoli* perhonestum, & opulentum oppidum, vnde dicta Sylua Ebolana latrociniis infamis, *Selua d'Eboli*.
- DI- Fluscianum, seu Bartipalia: *Flusciano*, seu *Bartipaglia*, olim nobilis vrbecula, & sedes iuridica regis ad torrentem *Telegro*.
- TER- Toranum: *Torano*.
- RA- Calabritum: *Calabrito*.
- Valuanum: *Valuano*.
- NEA AVLETA: *Auletta*, à quâ non procul specus, in cuius medio Ara Sancto Michaëli Archangelo sacra, vbi plē-

- rumque celebrantur sacra mysteria.
 Pæstanzæ Ruinæ: *Pæsti Rouinata*.
- PRIN- Altavilla: *Altauilla*.
 Contronium: *Controne*.
- DIANVM: *Diano*, vnde Diana vallis fertilissima quam efficit Fl. Niger, oppidum opulentum, & nobile.
- CIPA- Pola: *Pola*, Salernitani Principis Patrimonium.
 Sant-Arsenium: *Sant-Arsiero*, aliter *Sant-Arsuro*.
 Atenum: *Athene*.
 Marsicum Nouum: *Marsico Nuouo*, ad radices Apennini.
- TVS Saponaria: *Saponara*.
 Cicinianum: *Sisignano*.
 Bon-habitaculum: *Bona-habitacolo*, Marchionis Padulani castellum.
- PADVLA: *Padula*, nobile oppidum in familiâ Marchionis Cardonæ, cui adiacet nobile Cœnobium Carthusianorum ad pedem collis.
- CITE- Casale Nouum: *Casal Nuouo*, cuius ager fertilissimus frumenti, & vicini colles vestiti vitibus.
- RIO- Contursium: *Contursi*, aliter *Contorzzo*, vrbecula Principum Venusinorum.
 Satianum: *Sanza*.
 Rofranum: *Rofrano*.
- RIS. Rupes Gloriosa: *Rocca Gloriosa*.
 Camariota: *Camerotta*.
 San-Seuerinum: *San-Seuerino*, vino suo celebratissimum, in ditioe Principis Abellini.
- FLV- Silarus, seu Siler: *Sello*, malè apud Nigrum *Sily*, de quo in Admirandis: cum eo iungitur
- VII NIGER: *Negro*, qui hauritur cuniculo, de quo egimus in Antiquâ, olim Tanager.
- HV- Salus: *Salo*, aliter *Busanola*, ab indigenis, Salernum al-
- IVS luens, à quo & nomen accepisse putatur.
 Salsum Flumen: *Fiume Salso*, de quo in Vereri.
- RE- Hales: *Halente*.
- GIO- Pisciotia: *Pisciotia*, olim Elea.
- NIS. Melpis: *Molpa*, San-Seuerinum alluens, aliter dictus *Melpha*, & *Molpha*.

- MON-
TES { Postilionis: *Monte di Postiglione*, ab oppido vicino sic dictus, pascuis lætus.
Cappacius: *Monte di Cappacio*, ex quo exoritur Fluvius Salsus, olim mons Calamarius, vel Culamarius.
LA-
CVS. { Ricilianus: *Lago di Ricigliano*, à quo non procul templum Sanctæ Mariæ celeberrimum, vulgò *Santa Maria di Sperlonga*.
Abetinus: *Acqua di Abeti*, non procul à Calabrito.

NVM. 4. *Principatus Vltior*, Principato Ultra.

- CIVI-
TA-
TES { BENEVENTVM: *Benevento*, nobis *Beneuent*, ciuitas amplissima, olim diruta à Gothis, restituta à Longobardis, qui eam sedem vnus è Ducibus suis constituerunt. Quomodo cesserit Summo Pontifici non est facile pronunciare, quidam volunt à Guilermo Normanno datam Hadriano I V. alij ab Henrico I. alijs II. quieam Leoni I X. obtulit, quare Ecclesia Bambergensis leuata est tributo quod Ecclesiæ Romanæ pensitabat. Nomen indidit regioni quæ dicitur Vallis Beneuentana, seu Fauces. Eius Archiepiscopo plurimi Episcopi subditi sunt.
PRIN-
CIPA-
TVS { COMPSA: *Conza*, antiquissima ciuitas & Archiepiscopalis, sed sensim deficiens ad Fl. Aufidum.
ALCEDONIA: *Cedogna*, aliter *Lacedogna*, in limite Capitaniatæ.
AVELLINVM: *Auellino*, cuius Episcopus dicitur *Auellinensis*, ad discrimen Campani qui *Auellinus* appellatur, sicque distinguuntur in libro Fisci Pontificij.
ARIANVM: *Ariano*, ciuitas sita in colle difficili, & aspero, veteribus dicta *Iani ara*, ait *Volaterranus*, Comitatus titulo clara.
VL-
TE-
RIO-
NOSCVM: *Bizaccia*, aliter *Bizazza*.
MONS VIRIDIS: *Monte Verde*, in limite Basilicatæ, cuius Episcopatus iam vnitus est Nazareno Archiepiscopatu, cuius sedes *Baruli Barletta*.
MONS MARANVS: *Monte Marano*, ad Fl. Calorem.
NOSCVM: *Nusco*, in asperâ regione sita ciuitas.

EEEE ij

- SANT-AGATHA cognomine Gothorum: *Sant-Agatha di Goti*, in limite Campaniæ.
- R I S. FANVM S. ANGELI: *Sant-Angelo*, in montuosâ regione.
VICVS Baronix cognominatus: *Vico della Baronia*.
FRIGENTVM: *Fricento*, non procul à Tripalto fluuio, iuxta quam ciuitatem Ampsancti, de quibus in Miraculis.
- OPPI- MONS FVSCVLVS: *Monte Fuscolo*, vbi sedes iuridica regia huius regionis, vrbs lepida cum primis.
Pons Landulphi: *Ponte Landolfo*.
Castellum Francum: *Castro Franco*, ad radices Apennini.
- D A Mons Leonis: *Monte Leone*, locus naturâ munitus.
& Molinaria D. Georgij: *San-Iorio della Molinara*.
Mons Caluus: *Monte Caluo*.
- M I- AIROLA: *Airola*, in monte nobilissimum oppidum, non procul à Furcis Caudinis.
- NO- Alta-villa: *Alta-villa*.
Penna Sturnina: *Petra Strumia*.
- R A Fanum S. Angeli Scalaris: *Sant-Angelo della Scala*.
MONS VIRGINIS: *Monte Virgine*, cuius templum miraculis celeberrimum, vbi olim Deorum mater colebatur, quare in Itinerario Antonini dicitur Magna Mater. Nunc monasterium est Fratrum Montis Virginis, conditum à viro piissimo Guiljelmo, de quo iterum in Admirandis.
- PRIN- Mercuriale: *Mercogliano*, antiquum oppidum subditum Fratribus Montis Virginis.
- CIPA- TRIPALTVM: *Tripalto*, sic dictum à fluuio cognomine, qui hîc in Calorem cadit, oppidum ferrariis officinis notum, & Marchionatus titulo cohonestatum, vbi feruatur corpus Sancti Hippolyti Martyris, ex cuius sepulchro manna exsudat. Tripaltina Sylua grassatoribus infamis est.
- TE- Apicium: *Apice*, vbi quondam pons Appiam viam necans ad Fl. Calorem.
- R IO- Mirabella: *Mirabella*.
Taurasum: *Taurasi*.

RIS. | **Montella:** *Montella*, Comitatus titulo oppidum insignitum.

| **Balneolum:** *Bagnolo*, ad initia fluuij Caloris, & ad radices Apennini.

**MON-
TES** | **CREPACORIVS:** *Crepacorio*, olim mons Grumus, ex quo Fl. Tripaltus existit.

**HVIVS
REGIO-
NIS.** | **TABORIVS:** *Tabor*, olim Taburnus, ad quem Furcæ Caudinæ, de quibus in Veteri, inter Airolam & Fanum S. Agathæ.

**FLV-
VII** | **SABATVS:** *Sabato*, infra Beneuentum Calorem hauriens.

**HV-
IVS** | **CALOR:** *Calore*, Beneuentum alluens.

**RE-
GIO-
NIS.** | **Tamarus:** *Tamaro*, in Calorem cadens.

| **Tripaltus:** *Tripalto*, ad oppidum cognomine in Calorem præcipitans.

| **Miscanus:** *Miscano*, Tripalto permixtus.

| **Isclerus:** *Isclero*, Furcas Caudinas decurrens, & Vulturino postea iunctus.

NVM. 5. *Capitanata*, la Capitanate.

**CIVI-
TA-
TES** | **TERMVLÆ**, seu **Terminus:** *Termoli*, aliter *Termini*, sic dicta ciuitas quòd esset Apuliæ terminus; Ducatus titulo illustrata est, naturâ loci munitissima, utpote peninsulæ affixa.

| **LESINA:** *Lesino*, condita ab incolis Lesinæ Insulæ in Illyrico ut putant Rastanus, & Leander, destructa à Sarracenis, longè angustior restructa est.

**MA-
RITI-
MÆ** | **VIESTA**, dicta & **Bestia**, & **Vesta:** *Vieste*, à Templo Vestæ hîc stante, ut ait Rastanus.

**CAPITANA-
TÆ.** | **MANFREDONIA:** *Manfredonia*, in sinu quem efficit flexus Montis Gargani, condita à Manfredo Friderici II. Imp. filio ad an. 1200. cum prius hic locus diceretur Portus Capitaniata; ex Sipōtinis ruinis creuit, eoque translata sedes Archiepiscopalis. Arcem habet munitissimam in littore frustra olim à Lautrechio tentatam. Moles in mare iacta portum luculentum effecit. Nostra ætate terræ motibus grauius afflicta fuit.

OPPI-
DA { Ciuitas Maritima: *Ciuita à Mare*, luculentum oppidum,
diues & munitum.
MA-
RITI-
MA { RHODE: *Rhodia*, olium Vrium; quidam existimant vo-
cem *Rhode*, corruptam esse pro *Rore*, quia hinc summa
CABI-
TA-
NIA-
TÆ { roris copia agros fecundat. Ex eâ soluit Alexander
III. Pontif. vt iret Venetias pacis ineundæ causâ cum
Friderico Ænobarbo.
Portus Græcus: *Porto Græco*, statio non incommoda ad
radices Gargani montes.

CIVI-
TA-
TES { ASCVLVM: *Ascoli*, ab antiquis dictum. ASCVLVM SA-
TRIANVM, ad discrimen alterius in Marchiâ Anconi-
tanâ. Diruta est hæc ciuitas à Rogerio Guiscardi filio
quia rebellionem moliebatur, postea instaurata, sed
angustiore spatio. Ducatus titulo splendet.

ME-
DI-
TER-
RA-
NEÆ { LVCERIA cognomento Paganica: *Lucera delli Pagani*, sic
dicta quia concessa est Sarracenis, qui ex Africa eo
deuenerant, à Friderico Imp. Christianis omnibus
demigrare iussis præter Episcopum, & viros 12.
Eiectis Sarracenis vocata est D. Mariæ ciuitas, sed
hoc nomennumquam potuit in vsum induci. Quin-
gentis ab vrbe passibus erat olim arx permunita ex-
citata à Friderico Imperatore in ruinis veteris Luce-
riæ.

FANVM S. SEVERI: *San-Seuero*, seu *San-Seuero*, opu-
lentissimum oppidum, nobile, frequens, nullique
huius tractus opibus impar, ait Leander.

SIPONTI RVDERA: *Siponte Rouinata*, vbi nunc
templum integrum, & rudera magnæ vrbis, &
fons egregius. A Sarracenis ciuitas euersa est, ciues
omnes occisi, præda in Africam abducta; quidam
tamen hunc casum terræ motibus adscribunt, vtrum-
que verum putat esse Leander.

MONS S. ANGELI: *Monte Sant-Angelo*, ciuitas frequens,
& munita naturâ loci, sedes diuturna Sarracenorum,
ad quam & visuntur eorum sepulchra. Hic specus
cum Templo S. Michaëlis celeberrimus, indicatus
ab Archangelo 8. Idus Maij Gelasio Pontif. Zeno-


- ne Imp. Hanc Cryptam descriptam leges apud Leandrum.
- C A-** BOVINVM: *Bouino*, ad radices Apennini non procul à Fl. *Cernaro*.
- PITA-** SALPE: *Salpe*, nunc vicus, olim ciuitas Episcopalis, cuius sedes vnita est Archiepiscopatu Tranensi. Extructa fuerat loco antiquæ Salapiz, quòd hæc loco parum salubri sita esset.
- VULTVRARA, & Vulturata: *Vulturata*.
- TRAGONARA: *Dragonara*.
- NIA-** FARENTINVM, seu Farentiuolium Blondo: *Farensuola*, & *Fiorenzuola*, & *Ferrentino*, incolis infrequens, ac pænò collapfa ciuitas, vbi Fridericus II. Imp. hostis Ecclesie obiit, suffocatus à Manfredo notho, vt quidã credunt.
- T E.** TROIA: *Troia*, Comitatus titulo clara ciuitas, opulenta & lauta Leandro; quando condita sit, & à quo apud Leandrum edifices: Hic habitum Cõcilium sub Vrba-no II. visique tres soles tempore meridiano an. 1532.
- OPPI-** Mons Niger: *Monte Negro*.
- Campus Martini: *Campo Martino*.
- DA** Guilliniacum: *Guglionisi*, nobile castrum.
- Petra Catella: *Pietra-Catella*, montis præcessi vertici imposita.
- &
- MI-** Celentia: *Celenza*.
- Theani Rudera: *Chieti Rouinata*.
- NO-** SERRA CAPREOLA: *Serra Capriola*, in vertice altissimi montis, celeberrima quòd hac transeant greges & armenta in Apuliam hyemandi gratiã, & in singula capita vestigal penditur, quod iam Leandri tempore erat centum millium aureorum.
- RA** Santalicandrum: *Santo Licandro*.
- LO-** PRECINA, seu Pricena: hodie *Porcina*, pro Apriana, oppidum honestũ, & frequens conditum à Friderico II. Imp. quòd hic post magnos labores Aprum cecidisset, & suis in cenam iussisset apparari.
- CA** Turris Maior: *Torre Maggiore*.
- ME-** Vulturum: *Volturmo*.
- DI-**

- Alberotium: *Alberona*.
 Castellutium vallis Maioris: *Castelluzzo di valle Maggiore*.
 Castellutium alterum: *Castelluzzo di Chiani*.
 TER- Vrsaria: *Orsara*, castellum satis munitum.
 DELICETUM: *Dellecito*.
 RA- Fanum S. Leonardi: *Sant. Leonardo*, à Friderico II. Imp.
 NEA conditum cum nobili cœnobio, quod concessit equi-
 tibus Teutonicis S. Mariæ Pruthenicæ. Sed iis extin-
 ctis templum hoc defecit, & iam tempore Leandri
 ruinam minabatur.
 CA- CIDINIOLA: *Cerignola*, in planitie sine arboribus, unde
 hæc regio *Apulia Plana* dicta est. Ad hanc Galli sub
 PII. Lud. XII. grandi clade affecti sunt à Gonsaluo Fer-
 rando Regis Aragoniz Legato.
 TA- FOGGIA: *Foggia*, sic dictum oppidum, ut putat Colle-
 nucijs, à multitudine fouearum quas indigenæ effo-
 diunt ad frumenta seruanda: sita est in regione feraci,
 tritici, hordei, leguminum, licet sicciore.
 T.Æ. Fanum S. Ioannis Rotundi: *San Gioanni Rotundo*, inter
 Gargani montis conualles.
 Ischitella: *Ischitella*, lautum oppidum non procul à lacu
Varano.
 GARGANVS, hodie *Monte di Sant Angelo*, & *Monte*
Gargano, sic dictus ab apparitione S. Michaëlis, de
 quâ agit Ecclesia 8. Maij: quod enim quidam vo-
 lunt Bubulcum, qui sagittam in Taurum immisit
 dictum fuisse Garganum, ut fabulam meritò irridet
 Leander. Hic mons admodum abruptus, aliqua tamen
 sui parte frugifer, describitur à Leandro pluribus.
 LESINENSIS: *Lago di Lesina*, fortè ut putat Leander à
 LA- Plinio Pontanus dictus: abundat piscibus, sed anguil-
 lis maximè præcipuè magnitudinis, quas indigenæ
 GVS vocant Capitones: ab vrbe Lesinâ nomen habet.
 VARANVS: *Lago Varano*, amplissimus, utpote triginta
 CA- millium ambitus, ad quem aliquot adiacent oppi-
 dula.
 ANDVRIANVS, aliter *SALSVS*: *Lago Salso*, ab antiquo op-
 pido

- PITA- | pido Andurio, vt putat Leander, ei adiacente, olim
Salapina, vt antè diximus.
- NIA- | Brisetinus: *Brisetino lago*, in quem cadit fluuius *Ceruarò*.
S. ANTONII: *Canal S. Antonio*, inter fluuios Carapellam
& Aufidum, secundùm oram maritimam extensus.
- TÆ. | *Et aliquot alij minores.*
- FLV- | AVFIDVS: *l'Offanto*, oritur non procul ab oppidulo *Mosco*,
tam exiguus vt æstate vix eius alueus agnoscat, sed
hyeme admodum tumet; solus Italiæ fluuiorum secat
VII | Apenninum, ex eò tamen oritur, contra fluuium Ca-
lorem.
- CAP- | Carapella: *Carapelle*, planitiem latissimam irrigans.
CERBALUS: *Ceruarò*, cadit in paludem Brisetinam, & ex
TA- | eâ occultis cuniculis in *Candelare* fluuium.
- NIA- | Candelarus: *Candelare*, multis auctus fluuiolis cadit in
sinum Manfredoniæ inter Lacum Salsum, & Salinas.
- TÆ. | Frento: *Fortore*, qui in Nouis Tabulis malè cum Tifer-
no confunditur, & nomine caret.
- TÆ. | Tifernus: *Biferno*, aliter *Tiferna*.

NVM. 6. Comitatus Molissinus, Contado di Molisse.

- CIVI- | BOIANVM: *Boiano*, malè Leandro Bouianum in radici-
TA- | bus Apennini, sub initia fluuij *Fortore*. Loco satis ri-
TES | guo ob crebros fluuiolos quos hîc Apenninus euo-
mit.
- CO- | ÆSERNIA: *Isernia*, perantiqua ciuitas citra Apenni-
MI- | num, sensim deficiens.
- TA- | TRIVENTVM: *Trivento*, ciuitas Comitatus titulo infi-
TVS | gnita.
- MO- | GVARDA ALFENIA, aliter Guarda Alfetia: *Guardia Al-*
LISSI- | *ferés*.
- NI. | LARINVM: *Larina*, quod liber de Principibus Italiæ,
ait hodie tribui Campaniæ, manifesto errore, ob vr-
bes interiectas.
- MI- | MOLISSA: *Molisse*, burgus tenuis, & castrum vix 36. do-
NO- | mos capiens, vnde tamen huic regioni nomen indi-
tum est.



- LO- Furnellum : *Fornello*, frequens & opulentum oppidum,
 CA in agro vitium feracissimo.
 CO- Miranda : *Miranda*.
 MI- Freselo : *Freselone*.
 TA- Ciuitas Noua : *Citta Nuova*.
 TV- } Guarda Gerardi : *Guardia Gerardo*.
 S Salicetum : *Salicito*.
 MO- Barauilla : *Barauilla*.
 LIS- Mons Falconis : *Monte Falcone*.
 SINI- Campus Bassus : *Campo Basso*.
 Supinum : *Supino*.
 Marconium : *Marcone*, in limite Principatus Vltterioris.
- FLV- FRENTO : *Fortore*. } In Hadriaticum mare ambo de-
 HVI- Trinius : *Trigno*. } fluunt.
 TRA- Tamarus : *Tamaro*, in Calorem Fl. cadit, per quem de-
 CTVS- fertur in Vulturum.

NVM. 7. De Aprutio Vltiore, l'Abruzzo Oltra.

- CIVI- AQUILA : *Aquila*, exruinis Amiterni & Forconij à Lone-
 TA- gobardis excitata, mœnibus cincta à Friderico II.
 TES De causa huius nominis Leandrum consule. Colitur
 A- in eacorus S. Bernardini Minoritæ. Ager tam ferax
 ADRIA, seu Hadria : *Atri* arduo, perdifficilique iugo
 imposita.
 PRV- PINNA : *Ciuita di Pinna*, nobilissima & antiquissima
 TII ciuitas, sed quæ in dies de splendore aliquid per-
 dit.
 VL- INTERAMNIA, seu Theramum, & Teranum : *Teramo*, di-
 TA- cta Interamnia, quod sita sit inter fluuios Turdinum
 TE- & Viciolam, titulo Ducatus illustris.
 RIO- CIVITAS CALIENSIS, seu Ducalis : *Ciuita di Cali*, aliter
 RIS- *Ciuita Ducale*, in limite Vmbriæ non procul à Velino
 fluuio.
 CAMPOLIVM, & CAMPLVM : *Campoli*, aliter *Campoli*, ad
 fluuiolum qui mox cadit in Tordinum.

FFFfff ij



- Portus Asculanus: *Porto d'Ascoli*, ad ostium Truenti Fl.
- OP- IULIA NOVA: *Giulia Nuova*, sic dicta à Iulio Hadriano eximio Duce, qui hanc excitauit & transtulit ciues D. Floriani, (alij legunt Fabiani perperam) cuius rudera nunc ostenduntur; eorum autem urbem subuertit ob aëris inclementiam.
- PIDA Ciuitatula: *Ciuitella*, munitissimum oppidum, tum loci naturâ, tum mœnium firmitate ad Fl. *Salinello*.
- & Montorium: *Montorio*, nobilissimum oppidum titulo Comitatus inclitum ad Fl. *Vomanum*, non *Salinum*, vt vult *Leander*.
- MI- Acumulum: *Acumoli*, amplum & frequens oppidum.
- Amantricæ: *Amantrice*, paulò infra Truenti fontes, vbi iuga asperrima surgunt *Apennini*.
- NO- Ciuitas Regalis, seu Mons Regalis, *Ciuita Reale*, ad fontes fluuiorum *Velini*, *Aterni*, & *Truenti*; pulcherrima vrbs huius tractus.
- RA } Ciuitatula Truentina: *Ciuitella di Tronto*, ad discrimen alterius de quâ suprâ, oppidum frequens cum castro.
- Interdocium: *Interdoco*, ad Fl. *Velinum*, vbi reflectitur in Occidentem.
- LO- Leonessa: *Leonessa*, vrbs populosa & potens in limite Pontificio.
- CA Amiterni Ruinæ: *Amiterno Rouinata*, supra *Aquilam* Boream versus, locus amplus, & magnæ vrbs cadauer, ex quâ *Aquila* enata est.
- A- Foreonij rudera: *Forcone destrutta*, ex cuius ruinis *Aquila* creuit, desolata est à *Longobardis*.
- Collaltum: *Collalto*, *Baronia* illustris.
- PRV- TALIACOTIVM, seu Taliequitium: nunc *Tagliacozzo*, castrum multis vrribus non decedens in ditioe *Columnarum*.
- Scutula: *Scurcula*, lepidum castrum.
- TII ALBA: *Albi*, vrbs tota in ruinis iacet, tamen ex ruderibus factis etiamnum colligitur antiqua eius magnitudo.
- Cesæ: *Cese*, *Petri Marfi* viri doctissimi patria.
- MALIANVM: *Magliano*, ad quam *Carolus Rex Siciliae*, nobilem retulit victoriam de *Conradino*, hîcque tem-


- plum Virginis Victricis constituit : hodie hoc templum iacet, terræ moribus euerfum.
- CÆLANVM**: *Celano*, oppidum frequens in nobili familiâ Ciborum Genuensium, ab eo lacus Fucinus nunc habet nomen.
- V L-** Aiellum: *Aiello*, Ducatus titulo insignitum in ditione Principis Massæ.
- T E-** Galianum: *Gagliano*, municipium elegans.
- Capistranum: *Capistrano*, vnde oriundus Antonius ille Minorita, vir piissimus, & magnus Ecclesiastes. Principatus est Ducis Hetruriæ, ex quo 24. millia aureorum annui reditus percipit.
- R IO-** Rosanum: *Rosciano*, non procul ab Aterno fluuio.
- Casa Noua: *Casa Nuova*, Cœnobium Cisterciensium pulcherrimū, & ditissimum ad fontes Nuria: fluuij *la Nora*.
- R IS:** CIVITAS S. ANGELI: *Ciuita Sant-Angelo*, olim Angulus, quæ vox in Angelum detorta est; Marchionatus Pinellorum.
- Spoltorium: *Spoltore*, in colle conditum oppidulum, non incultum.
- LACVS HVIVS REGIO-** CÆLANVS olim Fucinus : nunc *Lago di Celano*, de quo satis multa in Antiquâ.
- N IS.** Bariscianus: *Barisciano*, in medio huius regionis.
- Paternus: *Paterno*, ab oppidulo vicino nomen habet.
- FL V-** VELINVS: *Velino*, de quo alias.
- V II-** Turanus: *Turano*, olim Telonius.
- Liris: *Carigliano*, de quo in Campaniâ.
- A-** Truentum: *Tronto*, oritur ex Apennini iugis asperrimis, quæ tamen cum fluuio excurrentia videntur mirescere, & culturam admittunt ad fluuij huius ostium.
- PR V-** T II } Vibratus: *Vibrato*.
- Salinus: *Salinello*.
- V L-** Turdinus: *Tordino*: recipiens Viciolam, *Viciola*.
- T E-** Vomanus: *Vomano*, aliter & *Vmano* dictus.
- R IO-** Plumbinus: *la Piomba*.
- R IS.** Nuria: *la Nora*, cadens in Aternum *Pescara*.
- ATERNVS: *Pescara*, omnium fluuiorum Italia: rapidissimus, & gelidissimus, vt ait Leander.

NUM. 8. *Aprutium Citerius*, l'Abruzzo Citra.

- CIVI- TEATE: *Chieti*, edito in colle 7. millibus pass. à mari,
olim dirutum à Pipino Caroli Magni patre, quod
diutiùs sterisset à Longobardis, postea restauratum, &
à Normannis selectum, vt hîc sedem ditionis suæ fige-
rent. Nunc hîc degit vtriusque Aprutij Prorex cum
iuridico conuentu Regio.
- T A- LANCEANVM: *Lanciano*, ædificatum ex ruinis Anxani.
Emporium celebre, & nundinis suis celebre mensi-
bus Maio, & Augusto, ad quas confluunt Itali, Dal-
matæ, Epirotæ, Græcimercatores.
- A- SVLMO: *Sulmona*, *Solmona*, & *Sermona*, egregiè rigua,
& populo frequens ciuitas. Eius vrbis Episcopus di-
citur Valuentis, quia ager Sulmonensis appellatur
PR V- Valuanus, & Valua, quam vocem ait ei inditam
Blondus, cum vox Pelignorum intercidit; eius ratio-
nem reddit Leander ab angustiis per quas in eum
TII aditus patet.
- CITE- ORTONA, seu Ortonium: *Ortona à Mari*, portus ad
quem appellunt naues ex Epiro soluentes ad nundinas
RIO- Lanceani. Hîc ædes D. Thomæ, vbi seruari huius
RIS. Sancti reliquias indigenæ perhibent.
- BVCELLVM: *Ciuita Burella*, vel *Borella*, corruptè pro *Bu-
cella*, inter ciuitates recensetur, licèt Episcopo careat,
certè inter Episcopales regni huius non numeratur.
- OPPI- ATERNVM: *Pescara*, ad ostium fluuij cognominis oppi-
dum, nunc cultum, & diues.
- D A Francauilla: *Francauilla*, minutum oppidum, vbi aliqui
Frentanum urbem antiquam malè collocant.
Caramanicum: *Caramanero*, & *Caramanico*, nobile op-
pidum, & populo frequens.
- Buchianicum: *Bocchianico*, Marchionatus nobilissimi
caput.
- & Arca: *Archi*.
- Turricula: *Toricella*.
- Mons Dorisus: *Monte Doriso*, caput Comitatus.

- P**alictum: *Paglieta*, ita dictum quòd hîc olim aratores cumulos paleæ relinquerent.
- MI-** Fanum S. Boni: *San-Buono*, Principatus titulo insigne, Caracciolorum.
- NO-** GVASTVM AMONIVM: *Guaſto di Amone*, caput Marchionatus; vbi ædes magnificæ, in quarum atrio os ex capite piscis instar trunci arboris: piscis ille ad hoc littus eiectus est, ait Leander.
- RA** Penna: *Penna*, non procul ab Asinella Fl.
Colmessium: *Colle-Messo*.
Ad D. Angelum Pescolanum: *Bafecolico*.
- LO-** AGNONIVM: *Agnone*, in intimâ valle prope M. Maiellam, oppidum cultum, & huius tractus princeps.
- CA** PALENVM: *Palena*, in quâ voce Leander agnoscit reliquias nominis Pelignorum.
- CA** Furca Palena: *Forca Palena*, vnde ortus Nicolatus Furcanus Eremita, qui Romæ mortuus miraculis claruit.
Ciuitas Luparella: *Ciuita Luparella*, oppidum frequens, munitum naturâ, & elegans.
- A-** D. Maria quinque millium: *Rocca quinque Miglia*.
Arx Rafini: *Rocca del Raffi*, castrum munitum.
Scontronium: *Scontrone*.
- PRV-** Castrum Sanguineum: *Castro di Sangro*, locus sat munitus.
Aufidena: *Aufidena*, vrbs antiqua, nunc pænè deserta.
Villa vallis Regiæ: *la Villeta*, locus peramœnus.
- TII** Campus D. Pentini, aliter Pentinia: *Pentinia*, seu *Pentini*, vbi vestigia antiqui Corfinij. Hîc templum D. Pentino sacrum, & maximæ vrbs rudera, vt ait Leander.
- CITE-** Anversa: *Anversa*, Comitatus caput.
- POPVLIVM:** *Popolo*, lautum oppidum vbi Aternus ponte iungitur. Sat munitum est, & creuisse videtur ex Corfinio destructo, vt Clucrius arbitratur. Insignitum est Ducatus titulo, olim Cantelmorum.
- RIO-** Moronium: *Il Morone*, viculus vnde dictus S. Cælestinus vulgò *S. Pierre de Moron*.
- RIS.** Cænobium S. Spiritus: *San-Spirito*, tribus à Sulmone millibus, vbi solitariam vitam egit S. Cælestinus.

- Pratula: *Pratola*, vrbecula lauta in ditione coenobij S. Spiritus.
- MON-
TES
H V-
I V S
R E-
G I O-
N I S. } CABALLVS: *Monte Cauallo*, videtur esse pars montis Maiellæ.
MAIELLA: *Monte Maiella*, Apennino adiacet, & multum excurrit, scilicet ab Apennini radice ad Fl. Aternum, syluis obductus, vbi feræ quamplurimæ, & maximi vrsi. Rupem huius montis incoluit S. Petrus Moronensis, dictus Cælestinus V. vnde Cælestini dicti sunt Moronenses, & Maiellani.
- FLV-
VII
H V-
I V S
T R A-
C T V S. } Aternus: *Pescara*, de quo supra.
Lentus: *Lenta*.
Forus: *Foro*.
Morus: *Moro*.
Feltrinus: *Feltrino*.
Sarus, seu Sanguineus: *Sangro*, aliter *Sanguine*.
Asinellus: *Asinella*.
Trinius: *Trigno*.
- NVM. 9. *Territorium Barianum*, Terra di Bari.
- CIVI-
T A-
T E S
M A-
R I T I-
M Æ } BARVLVM: *Barleta*, olim tantum castrum vnum ex quatuor præcipuis Italiæ, à Friderico II. Imp. conditum anno 1242. vt quidam volunt, alij auctum duntaxat ex Canusij ruinis. Littus hoc infidum est, & nonnisi iactis molibus portus conseruatur. De variis eius Dominis vide Leandrum.
TRANVM: *Trani*, olim Traianum quia reparatum à Traiano, vnde vox recens contracta est. Eius arcem exci-tauit Frid. II. ager eius fertilissimus, portus ferme oblimatus, ipsa vrbs sensim deficit.
VIGILIA: *Biseglia*, ciuitas in præcellis rupibus sita, cuius ager perferax: celebrantur Vuæ Vigilianæ saccharo conditæ. Item & Manna quod fluit semper ex ossibus SS. Mauri, Sergij, & Pantaleonis.
MARFETTA, aliter *Morfita*, & *Melfata*: nunc *Molfetta*, ciuitas minuta, sed elegans & diues.



nobij
ontis
mul-
Ater-
Z ma-
ertrus
estini

m ex
ondi-
dun-
st, &
vatis

Tra-
exci-
fermè

, cu-
acca-
offi-

olfetta,

1v-

- IUVENATIVM: *Giouenazzo*, in agro fertilissimo posita ciuitas.
- AGRI BARIVM: *Bari*, vnde regioni nomen, vrbs Archiepiscopalis, frequens, & lauta: in eâ olim coronabantur vtriusque Siciliae Reges, quare haecenus ibidem seruantur omnes regiae vestes. Templum hîc celeberrimum S. Nicolai Myrensis Episcopi, ex cuius corpore Manna profluit, liquorque mirabilis, de quo postea in Admirandis.
- BA-RIA- POLINIANVM: *Polignano*, saxosâ in rupe ciuitas lauta, & frequens, cuius ager oleo, & amygdalis diues. Seruantur hîc corpora SS. Viti, Modesti, & Crescentiae.
- NI. MONOPOLIS: *Monopoli*, vrbs noua, sed pulcherrima, Putat Volaterranus conditam ex veteris Egnatae ruinis. Ager eius olei tam ferax vt quotannis supra vicena millia amphorarum reddat.
- Nihil hîc agimus de Turribus, quibus hoc littus praetexitur.*
- MI-NO-RA-LO-CA MOLA: *Mola*, cognomento Bariana, ad discrimen Caietanâ; olim tantum castrum in littore, nunc arx inexpugnabilis, à Marchione Poliniano excitata ad tutelam orae maritimae.
- BA-RIA-NI. Fanum S. Viti: *San-Vito*, ædes perantiqua in littore, & summæ venerationis.
- NI. Arx S. Stephani: *San-Stephano*, sita in scopulo maris, in ditione Equitum Melitenensium.
- CIVI-TA-TES ANDRIVM: *Andria*, ciuitas titulo Ducatus illustrata, cuius vasa fictilia vbique celebrantur.
- RIVVS, seu RVBVS: *Ruvo*, apud Antoninum Rubi.
- ME-DI-TER. BITONTVM, seu BOTVNTVM: *Bitonto*, ciuitas nobilis, & frequens, quasi *Bonum totum*, inquit Ruffanus, Marchionatus caput in familia Aquaiuiarum, vnde maximus ille concionator Minorita.

- R A- CANVSIVM: *Cannosa*, ciuitas olim, nunc Episcopatus eius vnitus Bariensi. Sita est in colle, non procul à veteris loco, cum hæc sit in edito loco, antiqua in planitie collocata fuerit.
- NEÆ CONVERSANVM: *Conuersano*, caput Comitatus, in ditione Ducis Atrini; affixum est dorso montis.
- AGRI MINERVINVM: *Moneriuino*, luculenta ciuitas in limite Basilicatæ.
- B A- BITETTVM: *Bitetto*, ciuitas non illepidi.
- RIA- ALTAVILLA: *Altamura*, Principatus titulo clara Ducis Traiectini ex familiâ Neapolitana Caietanorum. Ciuitas est, sed sine Episcopo.
- NI. GRAVINA: *Gravina*, Episcopalis & caput Ducatus in familiâ Ursinorum, lepida & culta ciuitas.

- OPPI- Cannæ: *Canna destrutta*, rudera tantum.
DA Coratum: *Quarata*, oppidum Marchionis Aquinatis, vbi horti cultissimi.
- & Terlitium: *Terlizzi*, cultissimum oppidulum.
Sauilianum: *Sauigliano*.
Cassanum: *Cazzano*.
- MI- Aquaiuia: *Aquaiuia*, nobile castrum, cuius ager vino,
NO- frumento diues, in ditione Comitatus Ioiæ.
RA Castellum Nucis: *la Nuci*, nobis *la Noix*, vbi peramœnum, & diues palatium Ducis Atrini.
- LO- Putilianum: *Putignano*, oppidum Equitum S. Ioannis
CA Hierosolymitani.
- ME- Thurium: *Thuri*, vetus oppidum nunc perexiguum, &
DI- sensim deficiens.
TER- Phasianum: *Fasciano*, Equitum quoque Melitenfium
RA- castrum.
NEA Cisternium: *Cisternino*. } loca peramœna, &
Locus Rotundus: *Loco Rotundo*. } cultissima.
- AGRI IOIA: *Ioia*, castellum frumento diues, in cuius agro præclara nemora, & commoda ad venationem, quare hic arcem Fridericus II. excitarat. In ditione est Ducis Atrini, cuius primogenitus dicitur Comes Ioiæ.
- B A-

- RIA-** Noia: *Noia*, in ditione Comitum Ioiæ, & loco feraci Cumini, Anifi, Goffipij.
- RI-** Rontilianum: *Rutigliano*, in ditione Ecclesiæ Bariantæ.
- NI.** Balsanum: *Balzano*.
- NI.** Medonium: *Medugno*, oppidum perhonestum quondam Bonæ Sfortiæ Polonorum Reginæ in agro feracissimo.
- NYM. 10.** De Territorio Hydruntino, aliter Tarentino, vulgò *nuntantum*, Terra di Otranto.
- CIVI-** **BRVNDVSIVM:** *Brindisi*, Gallicè *Brindes*, portus capacissimus, & munitissimus tribus castris, seu arcibus firmatus, quarum vna in mari dicitur *Il forte*. In eius agro nemora visuntur olearum.
- TA-** **HYDRVNTVM:** *Otranto*, vnde regioni nomen, cum castro munitissimo, quod excitauit Alphonfus Aragonius II. cum eam recepisset à Turcis, qui urbem impetu ceperant 1481. quando & ciues nobile martyrium subierunt.
- TES.** **FANVM S. MARIÆ LEVCENSIS:** *S. Maria de Leuca*, vbi quondam Mineruæ fanum, vt putat Leander.
- MA-** **GALLIPOLIS:** *Gallipoli*, vrbs planè inexpugnabilis, exiguo Isthmo continenti adnexa, & scopulis magnâ ex parte vallata.
- RITI-** **TARENTVM:** *Taranto*, ciuitas in peninsulâ, nunc constituta, Principatus titulo insignis qui diu hæsit in familiâ Ursinorum; portus eius ferè corruptus est iactis molibus, sed sinus ita piscibus scatet, vt toti Lucaniæ, & Apuliæ sufficere videantur. Duo adhuc visuntur portus, quos incolæ Maria vocant; extra & è regione Insularum Mare magnum *Mari Grande*, & in recessu sinus Mare paruum *Mari Piccolo*; vbi Tarentum vetus erat sita est arx munitissima. cincta marinis aquis, à Ferdinando Aragonio Neapolitano Rege.
- MÆ** **MI-** **TURRIS VILLÆ NOUÆ:** *Torre di Villa Nuova*, portus Ostunensis, quia eò Ostunenses deferunt merces suas.
- AGRI** **NO-** **TURRIS S. CASTALDI:** *Torre San-Castaldo*, vicus, Aletino.
- HY-**
- DRV-**
- TINI.**
- RA**

L O- rum ferè portus , quippe eò deferunt Aletini quæ dif-
 C A- tracta volunt.
 Rupes : *Rocca*, aliter *Torre di Roga*, munitissimum castel-
 M A- lum in scopulo.
 RITI- Prom. S. Mariæ : *Torre di S. Maria di Leuca*, olim Iapy-
 M A- gium Promontorium.
 Turris Morciana : *Torre di Morciano*, aliter *di Maffento*.
 AGRI- Fanum S. Petri : *Torre San-Pietro Bauigna*, non procul à
 littore, vbi mirus concursus mercatorum 3. Nonas
 H Y- Aprilis.
 DRV- Fanum S. Viti : *Torre di Capo San-Vito*, nobilissimum cœ-
 nobium Monachorum S. Basilij, lapidis iactu à mari
 distitum, vbi caput S. Viti seruatur, & ab indigenis
 colitur religiosè.

MATERA : *Matera*, Archiepiscopalis, diruta à Sarrace-
 CIVI- nis, olim Grauinensis Ducis, nunc Regia, vnita est
 Archiepiscopatu *Cirenze*, & in hac sæpe Præsul A-
 T A- cherontinus degit, vnde occasio errandi Collenucio,
 qui putauit hanc olim dictam esse Acherontiam.
 TES CASTELLANETA : *Castellaneta*, ad Fl. Taluum exigua ci-
 uitas, sed fat lauta.
 M E- MOTVLA : *Motola*, ad radices montium.
 OSTVNVM : *Ostuni*, perampla ciuitas & diues, olim in
 D I- ditione Bonæ Sfortiæ Polonorum Regiæ : cuius ager
 oleis, & amygdalis abundat.
 TER- ORIA : *Oria*, aliis *Oira*, olim *Vria*, in colle ciuitas peran-
 tiqua, cui arx adiacet munitissima Marchionum è no-
 R A- bili genere Balciorum.
 ALETIVM : *Lecco*, & *Leccia*, de cuius nomine, vide mul-
 NE Æ tas nugas apud Leandrum : Nunc præcipua est huius
 regionis, & consilium in eâ Regium totius Apuliæ.
 AGRI Patronum sibi elegit P. Realinum, de cuius vitâ mira-
 bili nuper editus liber.
 H Y- NARDVM : *Nardo*, antiquissima ciuitas, populo nunc
 frequens, & lauta, olim Neritum.
 DRV- CASTRVM : *Castro*, frequens ciuitas mercatorum con-
 uentibus olei causâ. Anno 1537. pessimè accepta à
 G G G g g g iij

Turcis contra datam fidem.

TINI.

ALEXANVM : *Alessano*, nobilis & lauta ciuitas in agro peramceno.

VXENTVM : *Vgento*, olim ampla ciuitas, vt eius arguunt rudera, nunc perexigua, in agro opimo, sub ditione Centani Comitis.

Mafafra : *Massafro*, exiguum, sed munitissimum castellum.

OPPI-

Genofa : *Ginofa*, exiguum, & minutæ famæ oppidum.

DA

MARTINA : *Martina*, à quibusdam Bario adiudicatur, in ditione Caraccioli Ducis, opacis nemoribus, & paucis cincta.

&

Monticellum : *Monticello*, in limite Bariano.

Celia : *Ceglio*.

MI-

Fanum S. Viti : *San-Vito*.

NO-

MESSANIA : *Misagna*, condita loco Antiquæ Messapiz, vt quidam arbitrantur.

RA

Missanium : *Misciano*, in agro opimo & feraci, maximè olei, & croci.

Quinsanum : *Squinzano*.

LO-

Crotalia : *Grotaglia*, oppidum Ecclesiæ S. Castaldi Tarenti, in feracissimâ regione sita.

CA

Monacitium : *Monacizzo*, oppidum parum frequens, & relictum aratoribus; arcem tamen habet non immunitam.

ME-

Maruccium : *Maruggio*.

DI-

CASALE NOVVM : *Casal Nuovo*, in ditione Marchionis Oriani, cuius ager frumenti vberrimus; indigenæ credunt esse antiquam Manduriam, cuius meminit Liuius.

TER-

RA-

Turris S. Sufannæ : *Torre di Santa Susanna*, vrbecula ampla, frequens, & opulenta.

NEA

Leueranum : *Leuerrano*.

AGRI

CASTELLVM S. PETRI GALATINI : *San-Pietro Galatino*, in nemore olearum, cuius dynasta Ferrandus, ex illustri famillâ Castriotarum.

Soletum : *Solito*, locus perantiquus eiusdem ditonis.

NOIA: *Noia*, castrum munitissimum naturâ, & loco.

HY-
DRV- CORLIANVM: *Curigliano*, nobile, ac munitum oppi-
dum in modico colle, vbi arx quoque percelebris &
munita; incolæ circumpositi Græci sunt, & ager amœ-
nus.

TINI. Francauilla: *Franca-villa*, Marchionis Balzani.
Carpinianum: *Carpignano*.

FLVVII
AGRI
HY-
DRVN-
TINI. BRADANVS: *Bradano*, limes Basilicatæ, & huius Ter-
ritorij, qui hyeme sic intumescit vt vno ponte li-
gneo, eam ob rem excitato, transmitti queat.
Taluus: *Taluo*, Castellanetam alluens, & Salsum flu-
uiolum recipiens; ad eius ostium Salinæ nobiles.
Tarus: *Taro*, seu *Tara*.

LACVS
AGRI
HY-
DRVN-
TINI. LIMINIA: *la Limina*, vox à Græcâ detorta, lacus sal-
sus in quem mare se insinuat.
Maschia: *Mascia Padula*, non procul ab vrbe Tarentinâ,
& in eius agro.
Paludes: *la Padula*, lacus plurimi ad radices Apennini,
qui niuibus liquatis impleri solent.

N V M. II. *Basilicata, pars Lucaniæ maxima, Basilicata.*

CIVI-
TA- ACHERONTIA: *Cirenza*, Archiepiscopalis ciuitas, cui
vnita sedes Materensis, vnde hic Episcopus vocatur
aliquando Acherontinus, & Materanus, & vtraque
ciuitas appellatur Archiepiscopalis. Dicitur apud
Paulum Diaconum Agerentia, vnde formata vox
Acirenza, & *Cirenza*.

VENVSIA: *Venosa*, exigua ciuitas ac pænè deserta in
agro oleis distincto; caput Principatus.

T E S MELPHI: *Melfi*, cuius Episcopus Melfitensis nomina-
tur.

LAVELLVM: *Lauello*, patria Tartelæ magni Ducis, quo
vsus est Sfortia: in ditioe Tuffiorum est lepida ciui-
tas.

B A- RAPOLLA: *Rapolla*, minuta ciuitas, & nullius ferè no-
minis.

- SILI- MONS PELOSVS : *Monte Peloso*, ciuitas in iugis, in ditio-
ne Ducis Traiectini; malè à Leandro affigitur Fl. Bra-
dano.
- TRICARICVM : *Tricarico*, Bisiniani Principis, vbi cor-
pus S. Potiti afferuatur; aiunt & indigenæ S. Antonij
Abbatis, lauta est in primis ciuitas.
- CA- POTENTIA : *Potenza*, ad radices Apennini sensim defi-
cit.
- MARSICVM VETVS : *Marsico Vetere*, Episcopalis supra
quam Marsicum Nouum in Principatu Citeriore.
- TÆ. TVRCIA : *Tursi*, colli affixa ciuitas lauta, in quam Epi-
scopatus Aglonensis translatus est, quare Episcopus
huius loci dicitur Aglonensis, & Turciensis.
- Atella : *Atella*, in montibus oppidum Apulum cogno-
minatum ad discrimen Campani.
- MI- Rubus : *Ruuo*, vrbecula ad Apennini radices.
- Murus : *Muro*, in limite Principatus.
- NO- Mons Albanus : *Mont' Albano*, in Tabulis malè *Albano*.
- FERRANDINA : *Ferrandina*, castellum excitatum à Fer-
randino Calabriae Duce Alphonfi II. Neapol. Regis
filio, non procul ab eo loco vbi Vegianum subuersum
est terræ motibus.
- LO- Mons Scagiosus : *Monte Scaglioso*, Principis Bisiniani op-
pidum.
- CA Bernalda, aliter Camabra : *Bernauda*, & *Bernarda*.
- TVRRIS MARINA : *Torre di Mare*, supra ostium Fl. Ba-
sentij excitata contra Piratarum excursiones, nunc
& deserta. In campo peramœno vicino situm erat anti-
quum Metapontum.
- OPPI- ARX IMPERIALIS : *Torre della Rocca Imperiale*, sic dicta,
quia excitata à Friderico Imp. Siciliae Rege. Arcem
muniit egregiè Alphonfus II.
- DA Canna : *Canne*, à quibusdam Calabriae tributa.
- Francauilla : *Francauilla*, vbi splendidissimum Carthu-
sianorum cœnobium.
- BA- Claromontium : *Clarimonte*, castrum eximium.
- Episcopia : *Piscopia*, cultissimus burgus.

- SILI-** Stilianum: *Stigliano*, caput Principatus.
 Fanum S. Archangeli: *Sant-Archangelo*.
Niger Lacus: *Lago Negro*, oppidum ad lacum cognominem.
- CA-** Rotunda: *la Ritonda*, vrbecula in colle orbiculari specie, cuius ædificia in orbem coeunt, vnde & nomen traxit.
- TÆ.** Maratia duplex: *Maratia*, superior & inferior, hæc ad mare inferum perampla, illa ad montium radices pertenuis.
- FL V. VII** BRADANVS: *Bradano*, de quo numero superiore.
 BASENTIVS: *Basiento*, qui imbribus sic intumescere solet, vt plerumque ponticulos ligneos omnes auferat, quibus hæc regio stata, non sine periculo naufragij indigenarum.
- BASI-LICA-TÆ.** Salandrus: *Salandrella*, ab oppido cognomine *Salandro Salandra*.
 Agrius: *Agri*, rapidissimus.
 Sineus: *Sino*, multis fluuiolis auctus, & plerumque imbribus tumens cum magnâ indigenarum clade.

NVM. 12. *Calabria Citerior*, Calabria Citra.

- CIVI-** CONSENTIA: *Cosenza*, amplissima ciuitas, nam 7. colles coercere dicitur, cremata à Sarracenis sub Ioan. XIII. Pontifice. Calabriae totius erat caput olim, & nunc prima est post Neapolim totius regni: Castrum habet munitissimum, sed desertum, & duobus fluuiis eluitur, Busento & Cratide: moris & serico circumposita abundat regio.
- T A- T E S**
- CA-** ROSSANVM: *Rossano*, tribus millibus à mari, à quo tamen dicitur sinus Rossanensis, pars antiqui Tarentini. Ciuitas est Archiepiscopalis sita in agro fecundissimo. Hic arbusculæ piper gignunt.
- LA-** BVSINIANYM, & BISINIANYM, & BISIDIANYM: *Bisignano*, in colle quem montes editissimi vndequaque vallant. Arcem habet munitissimam, & Principatus titulo clara est DD. San-Seuerinatium.

Parall. Geogr. Tom. II.

HHHhhh



- CARIATHIS NOVA : *Cariati Nuova*, in Mediterraneis perhonestâ ciuitas Comitatus titulo insignita.
- CITE. VMBRIATICVM : *Vmbriatico*, ciuitas exigui nominis, in montuosâ regione.
- CERENTIVM : *Cerenza*, in eodem quoque tractu inter montes.
- STRONGILVS : *Strongoli*, in editâ rupe ciuitas collocata.
- MARTORANVM : *Martorano*, perantiqua ciuitas inter colles ex Apennino prominentes.
- RIO- AMANTIA, aliter Adamantia, & Manthia : *Amantea*, Bisiniani Principis, in cuius agro faccarum copiosè prouenit. Arcem habet insignem, & clara fuit Aragoniorum & Gallorum bellis.
- FANVM S. MARCI : *San-Marco*, in agro perferaci sita ciuitas Principis Bisiniani.
- RIS. MONS ALTVS : *Mont-alto*, ciuitas à situ nomen habet, circumposita regio ferax, & moris consita, incolæ parum urbani.
- CASSANVM : *Cassano*, in regione aspera sub ditione Principis Bisiniani.
- MI- S. Maria Gratiarum : *S. Maria del Gracia*, magnæ venerationis locus in limite Principatus.
- NO- Scalia : *Scaglia*, aliter *Scalea*.
- RA- Cirella : *Cirella*.
- LO- Citrarium : *Citraro*.
- CA- PAVLA : *Pàola*, non procul à littore, in cuius agro vinum generosissimum nascitur; in ditione Ducis Villaris.
- CA- Hinc natus S. Franciscus Calaber, qui hinc nomen traxit, Minimorum parens, magnusque Thaumaturgus.
- L A- RIO- San-Lucidum : *San-Lucido*, illustris familiæ Caraffarum castrum; vino suo celebratur.
- BRIÆ- AD Fredus : *Fredo*, oppidum cum fluuio cognomine, cuius ager pulcherrimus, & amœnus abundans malis citreis, in ditione Mendozarum Hispanorum.
- CITE- TYR- Castilio, cognomento maritima ad discrimen Consentinæ : *Castiglione Marino*, in limite Vterioris Calabriae.
- RIO- RHE- NVM.

HHHhh ij

- MI- ROSETVM: *Rosito*, oppidum, & ei adiacens castrum,
 NO- vulgò arx Rosetana in scopulo maris *Castro de Rosito*; &
 RA- à quibusdam eò vsque promouetur Calabria superior.
 LO- Amygdalaria: *Amygdalara*, aliter *Amendolara*, duobus à
 CA- mari millibus, patria Pomponij Lxti; nunc in ditione
 Marchionis Sarchini è familiâ Caraffarum.
 CA- Albidona: *Aluidona*, ad montes paulò à mari remota.
 LA- Trebisatium: *Trebisazzi*, & *Trebisaccia*.
 BRIÆ Cerciarum: *Cerciara*, seiuncta item à littore inter altissima
 iuga oppidum Marchionis Montis Sarchij.
 CITE- Sybaris Rudera: *Sybari Ravinata*.
 RIO- Cariathis Vetus: *Cariati Vecchia*, non procul à Noua, op-
 RIS- pidum non incultum olim, sed nunc deficiens.
 A D- Calopitiatum: *Calopizati*, oppidum in agro fecundissi-
 MA- mo.
 RE- Abbatia S. Mariæ Patiranæ: *S. Maria di Putadora*; lau-
 IO- tissimè ædificata, quò finitimæ gentes magnâ religio-
 NIVM- ne conueniunt. Ab eâ mulieres arcentur, neque villâ
 Caput Alicium: *Capo dell' Alice*.
 Melissa: *Melissa*, in Regione peramcænâ.
- MI- Campus Temesis: *Campo Temese*, vbi sylua, & planities
 NO- peramcæna, vtrisque vallata celsissimis montibus, an-
 RA- gusto vtrisque ostio, quod ægrè & cum periculo hyc-
 LO- me subeas.
 CA- MORANVM: *Morano*, in agro pulcherrimo, ad initia Fl.
 ME- Sybaris, & ab hoc oppido via nomen habet.
 DI- CASTRVM VILLARE: *Castro Villare*, editissimo loco po-
 situm oppidum, in ditione Spinellorum.
 SARACINA: *Saracina*, ad radices Apennini in ditione
 Principis Bisiniani.
 ALTOMONTIVM: *Alto Monte*, oppidum vallatum vitibus
 & fructiferis arboribus; celebrantur & eius vicinæ sa-
 linæ. Hic quoque optimum Manna legitur, & è mon-
 tibus vicinis editissimis Crystallus effoditur.

- Castilio cognomento Cosentina: *Castiglione*, ad Fl. Crarim, caput huius agri, & tractus.
- TER- Lucij, & Lilucium: *Luzzi*, vel *Liluzzi*, cuius ager moris confitus.
- RA- Tarsia: *Tarsia*, antiquum oppidum vt putant indigenz; frequens, & opulentum.
- NEA Terra Noua: *Terra Nuova*, omnibus rebus oppidum affluens.
- Fuggianum: *Fuggiano*, in agro fertili situm oppidum, Principis Bisiniani.
- CA- Maluetum: *Maluito*, ad Fl. Malosam.
- L A- Fanum S. Mauri: *San-Mauro*, pulcherrimis ædificiis nitens, vbi palatium magnificentissimum Principis Bisiniani, in nemoroso tractu situm, & venationibus apto.
- BRIÆ CORLIANVM, & Curilianum: *Curigliano*, ad quod argenti fodinz.
- Renda: *Rende*, vicus Marchionatus titulo illustris, circa quem Pandosiz rudera Leander agnoscit.
- CITE- Castellum Francum: *Castro Franco*, in ditioe Principis Bisiniani.
- RIO- BELLOMONTIVM: *Belmonte*, cuius ager ad instar horti confitus est; Tarsiz Comitum oppidum est.
- RIS- Petra mala: *Petra-mala*.
- ALTILIA: *Altelia*, ad Fl. *Sanuto*, populo frequens, & rebus omnibus ad delicias affluens.
- Aprulianum: *Aprugliano*.
- FLV- IN MA- LAVS: *Lao*, aliter *Laino*.
RE Solius: *Solio*.
- VII TYR- Frigidus: *Rio Freddo*, seu *Fiume Freddo*, oppidum cognomine alluens.
- RHE- Oliua: *Oliua*.
- CA- NVM Sanutus: *Sanuto*.
- L A- IN MARE Saracinus: *Saracino*, seu *Cerchiaro*.
Caldanus: *Caldana*, olim *Cyris*.
Racanellus: *Racanello*, olim *Cilistarnus*.
- BRIÆ COCHILIVS: *Cochile*, olim *Isaurus*: *Isauro*.
Sybaris, cui iunguntur } Senitus: *Senito*.

CITE- RIO- RIS.	} WAINOI	CRATHIS: <i>Crate</i> , in quem cadunt plerique fluuij, quorū præcipui sunt	Turbidus: <i>Torbido</i> . Cotylus: <i>Cotyle</i> . BVSENTVS: <i>Busento</i> , in cuius alueo sepultum cadauer Alarici qui Romanam ceperat, deriuato alueo, & operis interemptis. Malè hic confunditur cum eo, qui cadit in finem Tarentinum, & <i>Basiento</i> dicitur.
		Triuntus: <i>Trionto</i> , olim Tracis.	
		Lipudus: <i>Lipuda</i> , olim Aretus.	
		Netus: <i>Neeto</i> , olim Neæthus.	

NVM. 13. *Calabria Vltior*, Calabria, seu Calauria Oltra.

CIVI-	RHEGIVM: <i>Reggia</i> , seu <i>Rezzo</i> , vrbs pænè deserta ante aliquod tempus, quòd Caradinus Solimanicæ classis præfectus eam occupasset, atque diripuisset, sed in dies reparatur ob commodum inde in Siciliam transitum.
TA-	SANSEVERINA: <i>Sanseuerina</i> , exigua, sed municissima ciuitas, & culta supra reliquas huius tractus.
TES	NICASTRVM: <i>Nicastro</i> , splendidè ædificata ciuitas, in agro pereleganti, arboribus in horti formam constitis.
	TABERNA: <i>Tauerna</i> , nobilis ac frequens ciuitas, & plena hominibus literatis, ait Leander.
	BELICASTRVM: <i>Belcastrum</i> , vbi antiqua Petilia Leandro, seu hæc ex eius ruinâ exædificata est.
CA-	CROTO: <i>Cortone</i> , seu <i>Cotrone</i> , Marchionatus Columnarum, nunc minuta & parum populosa, iuxta littus arx inchoata est à Carolo V. Imp. ob tutelam littoris, quia Caradinus Turca hunc locum diu specularus erat.
LA-	INSVLA: <i>Iſola</i> , minuta ciuitas, sed lepida.
BRIÆ	CANTAZARA: <i>Cantazaro</i> , excitata vt creditur à Procuratore Nicephoti Imperatoris; olim ditionis Columnarum, nunc Regia.
	SCYLLATIVM, & Scyllerium: <i>Squilace</i> , Principatus ti-

- rulo insignitum, in ditioe Borgiarum.
- V L-** **HIERACIVM**: *Girace*, titulo Marchionatus nobile, vbi Locrorum ruinæ.
- T E-** **MONS-LEO**: *Monte-Leone*, ciuitas in colle Apennini, vbi prius Vibo Valentia; Comitatus nomine illustris, in campo peramæno.
- R I O-** **MILETVM**: *Mileto*, aliter *Melito*.
- R I S-** **TROPÏA**: *Tropea*, pulcherrima ciuitas omnibus rebus affluens, populosa, & in agro perferaci. Sic dictam putat Leander à Tropæis illic exstantibus.
- R I S-** **NICOTERA**: *Nicotera*, in littore ciuitas elegans, & diues.
- R I S-** **OPPIDVM**: *Oppido*, Comitatus titulo clara.
- R I S-** **BOVA**: *Boue*, seu *Boua*.
- M I-** **SANT-EVPHEMIA**: *Sant-Eufemia*, vnde sinus nomen habet, vrbecula lauta: hinc Paulam vsque Corallium legitur.
- N O-** **LOPITIUM**: *Lopizzo*, aliter *Pizzo*, ad quod infiniti thynni quotannis capiuntur.
- R A-** **CA** **BIUONA**: *Biuona*, olim Hipponij emporium, hodie piscatoribus addicta.
- C A-** **BRIATICVM**: *Briatico*, honestum oppidum in agro fecundo, & splendido situm.
- L A-** **BRIÆ** **Prom. Baticanum**: *Cabo Vaticano*, sic dictum à Sarracenis paganis, quos canes incolæ vocabant, ait Leander.
- V L-** **T E-** **R I O-** **R I S-** **A D-** **M A-** **R E-** **TYR-** **R H E-** **NVM.**
- I O I A**: *Gioia*, aliquantum à littore discreta, cuius ager ferax frumenti, & citreorum malorum.
- P A L M A**: *Palma*, vicus perlaurus, & nobilis.
- B A N I A R A**: *Bagnara*, oppidum cultissimum.
- S C Y L L A E M**: *Scyglia*, oppidum olim nobile, nunc sensim deficit.
- C A T O N A**: *Catona*, diuersorium omnibus rebus egens (inquit Leander) vbi ruinæ turris, quam idem suspicatur esse Columnam Rheginam.
- P R O . A R M O R U M**: *Capo del Armi*, quod perperam Leander confundit cum *Spartiuento*.

- MI-NO-RA-LO-CA-CA-LA-BRIÆ-VL-TE-RIO-RIS-AD-MA-RE-IO-NIVM
- Caput Columnæ: *Cabo della Colonna*, olim Lacinium, sic dictum, quod hinc aliquot columnæ iacent ex rudibus Templi Iunonis Lacinix.
- Caput Rifunum: *Cabo Rizuno*, olim pars Iapygij.
- CASTELLVM: *Castello*, olim castra Annibalis Leandro, sic dictum à multitudine turrium quæ hinc prostant.
- Fanum S. Catharinæ: *Santa Catharina*.
- Caput Stilum: *Cabo Stilo*, olim Carcinum.
- Rocella: *Rocella*, aliis Rocodella.
- Caput Bursanum: *Capo Bursano*, olim Zephyrium, unde locus vicinus Motta Bursani, ubi quidam perperam statuunt rudera vrbis fabulosæ Brutij.
- BRANCALEONIVM: *Brancaleone*, corruptè *Brancaleone*, non procul à littore oppidum nitidum.
- Cœnobium S. Mariæ Tridentinæ: *S. Maria di Terdesi*, Monachorum S. Basilij, quod sic dictum volunt à Tridente Neptuni, cuius hinc olim Fanum.
- Caput Spartiuentum: *Cabo Spartiuento*, olim Herculeum; ita dictum quod hinc nautæ vela cogantur inflectere, & mutare; Leander malè Leucopetram vocat.
- MI-NO-RA-LO-CA-CA-LA-BRIÆ-VL-TE-RIO-RIS-AD-MA-RE-IO-NIVM
- Simaris: *Simari*, ubi quidam ineptè Sybarim collocant.
- CYTRVM: *Cutro*, quasi Chitro (inquit Leander ex Ralfano) à frigore, quia oppidum impositum monti semper algere videtur.
- Policastrum: *Polycastro*, honestum oppidum.
- Gemilianum: *Gimigliano*.
- Franca-villa: *Franca-villa*, iuxta quam fanum Sanctæ Mariæ à Cruce, *S. Maria della Croce*, locus magnæ venerationis.
- Vallis Longa: *Valle-Longa*, oppidum amœnum.
- Surianum: *Soriano*.
- SAGRIANVM: *Sagriano*, nomen habens à fluuio Sagra quo eluitur, oppidum cultissimum.
- STILLVM: *Stillo*, in monte perhonestum oppidum, & sac antiquum.
- Burellum *Burello*.
- Calimera Castellum: *Calimera*, domus peramœna Dynastæ

- VL- nastæ Briatici, in quo nihil deest ad voluptatem; hanc describit accuratè Leander.
- TE- ROSARNVM: *Rosirno*, nomen accepisse videtur à *Rosis*, quibus eius ager confitus est.
- RIO- San-Georgium: *San-Georgio*.
Polistena: *Polistena*, vrbecula tenuis.
- RIS- SEMINARIA: *Seminara*, oppidum non infrequens Leandro, ad quam Galli Ferdinandum Aragonem deicerunt, & tantùm non ceperunt.
- FLUMARIA MORI *Fiumaria di Moro*, vnde fretum Siculum visitur, cui adiacet conuallis Moris arboribus plena, vnde oppido nomen inditum.
- FANVM S. AGATHÆ: *Sant-Agatha*.
- ELV- AMATIVS: *Amato*, latum flumen, & profundum supra reliqua huius tractus.
- VII IN ANGITOLA: *Angitola*, circa quem ager Treuius *Treuius* dictus, vbi vinum, & saccarum nobile crescit.
- C A- MARI
- L A- TYR- MEDVNA, seu Metremus: *Mesuna*, qui excipit Metremum *Metremo*, ideóque in ostio seruat vtrumque nomen.
- BRIÆ RHE- METAVRVM: *Metauro*, & *Marro*, in recentibus tabulis.
- VL- NO Cenus: *Cenis*.
Tuccius: *Tuccia*.
ALEX: *Alece*, de quo in Vetere.
- TE- TACINVS: *Tacina*, olim *Tergines*.
- RIO- IN ALLIUS: *Alli*, olim *Simirus*.
- RIS- MARI CORAX: *Corace*.
- NIO IO ALARUS: *Alaro*, olim *Eleporus*.
Sagra: *Sagriano*, de quo in superiori libro egimus.

NVM. 14. *Insula Regni Neapolitani.*

- BO- TRE- TREMETVM: *Tremiti*, olim *Tremerum Taciti*, vbi vrbecula egregiè munita cum præsidio, Canonicorum est *S. Ioan. Lateranensis*,

Parall. Geogr. Tom. II.

IIIIII

MI- qui hinc degunt Canonici diliguntur ab om-
 TA- nibus ut summæ humanitatis & φιλόξενοι,
 REA- NÆ, Etate nostra terræ motu fædè vastata est.
 San- Domini: *San-Domino*, turre tantum à Pi-
 ratis, & Turcis defensa.
 3. præ- } Capraria: *Caprara*, parum aut nihil culta.
 cipuæ, } Reliquæ duæ scopuli sunt potiùs quàm Insu-
 LES no } læ: de nominibus non conuenit inter Orte-
 quin- } lium, Maginum, & alios Geographos. Leã-
 que. } der tradit equos præstantissimos alere has
 Insulas. In has relegatus Paulus Diaconus
 à Carolo Magno.

PONTIA: *Ponza*, in quâ Speluncæ Pilati dictæ vnde
 nautæ aquas hauriunt: iacet è regione Terracinæ.
 INSV- PALMARIA: *Palmarola*, ad Occidentem Ponticæ decem
 millibus, à continente 25. distita.
 SINONA: *Sanone*.
 LÆ PANDATARIA: *S. Marla*.
 BENTITIANA: *Ventienne*, aliter *Bitonto*, & *Bitente*.
 DOLIVM: vulgò *la Botta*, quia in modum dolij effor-
 mata est.
 AVS- ÆNARIA: *Ischia*, viginti millium ambitus, vbi vrbs
 cognominis munitissima cum castello inexpugnabili;
 nam gradibus in rupe excisis ad id conscenditur, adi-
 tus tam angustus ut à duobus militibus seruari queat;
 munitum est ab Alphonso I. Rege Neapol. Terræ
 motibus, & eruptionibus igniuomis obnoxia est, ut
 LES } dicemus in Admirandis. Fontem vnicum habet *Aboc-
 to* in monte. Abundat quibus maximè Phasianis, ana-
 ticulis, & minutis volucris exquisitissimi saporis,
 vulgò *des Ortolans*.
 RE- PROCHYTA: *Procida*, seu *Procita*, cum vrbe cognomine
 fat munitâ, in cuius Ecclesiâ seruatur corpus S. Mar-
 gariæ. Ex eâ quoque ignes existunt. Balnea habet ad
 GNI } effringendos calculos idonea: ab Ischiâ reuulsa est
 olim & quodammodo effusa; nunc ab eâ pars est se-
 parata quæ aliam Insulam efficit, vulgò *Isola di Vinara*.

NEA- NESIS, vel Nessis: *Nisita*, aliter *Nisari*, quæ celebratur
 Asparagis suis: portum habet, & arcem quam exci-
 tavit Dux Amalphitanus; sita est in finit. Puteolano.
 POLI- CAPREÆ: *Capri*, octo millium ambitus cum ciuitate cog-
 nomine, cuius Episcopus Capritanus dicitur: eius
 T A- reditus ex Coturnicibus desumitur, quæ hic bis in
 anno incredibili copiâ capiuntur, seu dum fugiunt
 NI. hyemem, seu dum ver exquirunt. Hinc quoque olei
 plurimum & ferici euêhitur.
 GALLO, & SANPIETRO, olim *Sirensæ*, quinque milli-
 bus à Capreis, vno à continente milliarlo distitæ, scopuli
 verius quam Insulæ.

CAPVT VIII.

De Sicilia, & Insulis ei adiacentibus.

§. I. Historica recentis Siciliae.

NVM. I. Nomen Siciliae.

NOMEN antiquum nihil immutatum est, immo Siciliae no-
 men in vniuersum Regnum Neapolitanum propagatum est,
 quod dictum Siciliae Regnum cis Pharum, cum Sicilia ipsa dicta
 sit Regnum Siciliae trans Pharum. Non inficior tamen has appella-
 tiones plerumque mutatas esse, & Siciliam Regnum Siciliae cis
 Pharum, Regnum Neapolitanum Regnum Siciliae trans Pharum
 nuncupatum esse, prout à scriptoribus Siculis, aut Neapolitanis,
 hæc vox usurpata est. PHARVS porrò turris est obiecta Messanæ,
 quæ excitata est, vbi quondam Carybdis erat vortex, nunc *Faro*
 à quâ & Promontorium vicinum nomen habet, olim *Pelorum*,
 nunc *Cabodi Faro*.

Partes eius Insulæ vallium nomina habent, & duo quidem
 difficultate carent NETO & MAZARA; dicuntur enim ab vrbi-
 bus, vt nemo nescit; tertia autem DEMONA, vel DEMINI no-
 minatur Latine *Nemorensis*, quare aliquando & dicitur *valli di*
Nemore; videlicet inquit Fazellus lib. decimo prioris Decadis cap.
 I. vox hæc *Demini* significat *Nemus*, & huic opinioni ipse subscri-

bit lubentiùs. Apud eundem quidam sic dictam volunt ob montes excelsos, quibus toti Siciliæ videretur *dominari*. Sed eos irridet qui confugiunt ad Dæmonas quorum sedes Æthnæus Crater, Addit idem Fazellus hanc vocem *Demonia*, fortè Sarracenicam esse, cuius vim se fatetur ignorare.

N V M. 2. *Quantitas Siciliæ secundum recentiores.*

RECTE obseruat Cluuerius, in miliaribus recentibus Siciliæ nunc magnam diuersitatem esse, quam ipse dimensus totam hanc Insulam accuratè expertus est: & à Messana per Panormum & Lilybæum ad Agrigentum paulò minora esse ius, quæ ab Agrigento ad Pachynum & Messanam ducuntur; hæc autem Neapolitanis æqualia, illa Latinis & Tuscis; qua de re moneri debuisti.

Mensura Noua Siciliæ.

LATVS BOREALE, { Aretio, *Ducenta sexaginta duo M. P.*
à Capo di Farò, ad } Fazello, *Ducenta octoginta & vnum M. P.*
Capo di Coco. } Cluuerio, *Ducenta quinquagintaquinque M. P.*

LATVS AVSTRALE, { Aretio, *Ducenta quatuor M. P.*
à Capo Coco, ad Capo } Fazello, *Centum octoginta quatuor M. P.*
Passaro. } Cluuerio, *Centum nonaginta M. P.*

LATVS ORIENTALE, { Aretio, *Centum quinquaginta M. P.*
à Capo Passaro, ad } Fazello, *Centum sexaginta M. P.*
Capo di Faro. } Cluuerio, *Centum quinquaginta quatuor M. P.*

AMBITVS { Aretio, *Quingenta sexdecim M. P.*
TOTIVS } Fazello, *Sexcenta viginti quatuor M. P.*
INSVLÆ. } Cluuerio, *Quingenta nonaginta nouem M. P. vel ut ait ipse sexcenta.*

N V M. 3. *Qualitas Siciliæ recentis.*

QVAM sit frumenti ferax in præsentia id maximè docet, quod in quibusdam locis grana singula proiecta in terram centum reddant. Fertilissima sunt valles *Neto*, & *Mazara*, amcenior & arboribus meliùs confita *Demonia*. Quæ sint eius pascua, & quàm læta,

videbimus in Admirandis. Vbiq̄ue bombyces facillè aluntur, quare hinc serici copia ingens effertur.

Sal non tantùm ad littus hîc congelatur, sed ad Ennam fossile excinditur. Hinc quoque vinum copiosum & multiplex educitur; olei amphoræ propè infinitæ; mel exquisitissimum, quod olim Hyblæum, & magni nominis. Balneis quoque calidis abundat in plerisque locis. Vniuersa ora piscibus scatet; sed inter cæteros magni sunt anguillæ quæ capiuntur ad Pharam. In oram Borealem se thynni immittunt, & piscationem hîc efficiunt luculentam. Capitur hîc quoque piscis Xiphias dictus, quem nos Imperatorem appellamus, saporis exquisitissimi. Metallica habet auri, argenti, ferri, aluminis, sulphuris, atramenti futorij, & nitri, quod hîc acerrimum & optimum.

N V M. 4. *Mores recentes Siculorum.*

DISERTI sunt omnes Siculi, faceti, callidi, sed iniuriæ supra modum impatientes, & irritati non facillè placari possunt, atque sibi illatum dedecus serijs aut ocyùs vlciscuntur.

Libertatis peramantes sunt, neque *privilegia* sua, vt vocant facillè tolli, aut imminui sinunt.

Messanæ multi ludi Equestres celebrantur, Equites autem, vulgò Stellæ dicti, Epiphaniorum diem magna celebritate, & pompâ tranfigunt.

Olim sponsus & sponsa non copulabantur matrimonio, nisi alter illorum morti proximus esset, verùm id Ecclesiæ legibus seuerissimis hodie vetitum est.

Olim quoque mortuis Regibus omnes atrati procedebant in publicum diebustribus, mulieres passis crinibus, & sacco amictæ clamoribus inconditis lymphaticæ per vrbes discurrebant; sed hæc quoque consuetudo euanuit.

N V M. 5. *Merces Sicilia.*

FRUMENTA hinc plurima efferuntur. *Serici* ex bombycibus, ab vnâ vrbe Messanâ quotannis educuntur, supra septingentas sarcinæ, 700. *Balles de soye*. Certè nundinæ Messanenses dicuntur afferre Siculis ex serico, & arte factis solidum auri millionem. Ac-

cerfuntur quoque inde vina, oleum, faccarum, herbæ medicæ ad conficienda pharmaca. Tapetes quoque maximè ex corio deaurato hinc allati magni fiunt in Europâ. Sulphur & nitrum diligenter feruatur ab Hispanis ad puluerem nitratum, ex iis enim confectus puluis tormentarius potentior est.

NVM. 6. *Politia recens Siciliæ.*

REX Hispaniæ huius Infulæ se Principem vocat, non tantùm in temporalibus, vt aiunt, sed etiam in spiritualibus; quare si hic Sacerdos ad Pontificem appellaret multaretur: ideoque qui libelli offeruntur sæculari iudici (vocant hunc Magistratum *Monarchiæ Spiritualiſ Indicem*, seu *Inquiſtorem*) inferibuntur Beatissimo patri, & ab Episcopo ad hunc iudicem prouocatur. Videlicet Reges Siciliæ se dicunt legatos natos à latere, ideoque sibi ius arrogat puniendi, absoluendi, excommunicandi Clericos etiam Cardinales: vno verbo sibi tribuunt omnia quæ inuasit Henricus VIII. nisi quod hæc habere se à Summo Pontifice profitentur. Impugnauit Cardinalis Baronius Tomo XI. ius istud, contenditque Bullam quam ferunt concessam ab Urbano II. Rogerio Regi, extendi tantùm ad hunc Rogerium, & eius filium, & toties reuocatam esse, quoties regnum in nouam familiam transit: ideò feuerissimè interdictum ne Tomus ille Baronij in Sicilia, & regno Neapolitano legatur, aut retineatur.

In temporalibus autem administratur hoc regnum à Prorege, Admiralio, Comite Stabuli, Cancellario, Seneschallo, Quæstore, Conferuatore, Portuum magistro quem *Portulauo* vocant, Protonotario, Magistro secreti, & Magistro Iurato, ex quibus, si hunc vltimum excipias, consilium Regium constituitur.

Hic etiam Curia triplex, Magna Curia, Sacra-consilientia quæ est appellationum, & Curia Patrimonij seu Dominij.

Messana, & Panormus ad instar Rerumpublicarum ferè administrantur; licet Messanæ degat secundus à Prorege Magistratus vulgò dictus *Stradigo di Messina*, qui illustrissimus appellatur, & triginta hastatos *Hallebardiers* corporis sui stipatores habet.

Commemoratur & in Sicilia status qui ex tribus corporibus (*Brachia* vocant) conficitur, ex *Ecclesiastico* videlicet, Episcopis, *Archimandritâ* Messanæ, Abbatibus, &c. ex *Militari*, hoc est nobi-

libus qui Insulam tueri debent; *ex Dominio*, id est ex urbibus Melfanâ, Panormo, Catanâ, &c. Et hi omnes deliberant de dono Regi conferendo, seu Donatiuo.

Rex Hispaniæ colligit ex hac Insulâ millionem vnum ducatorum annui redditus, præter Donatiuum. Quidam aiunt conscribere posse octoginta millia *Fistulorum Arquebuziers*, & triginta Equitum millia. Panormus vna viginti sex peditum millia, decem millia Equitum conficere potest. Vulgò Prorex habet 200. Hispanos Prætorianos, in arcibus & præsidis 2500. Regio insuper sufficitei peditum decem millia, Equites 1500. qui additi nobilibus Equitibus conficiunt tria millia, & ducentos Equites.

§. 2. De Melita, & Insulis ei adiacentibus.

NVM. 1. *Nomen Melitæ.*

ANTIQUVM nomen retinet leuiter inflexum, litterulâ vnâ expunctâ. Consule & quæ diximus in Antiquâ.

NVM. 2. *Amplitudo Melitæ.*

ANTE aliquot annos dicebatur eius *Longitudo*, 20. aut viginti duorum millium; *Latitudo* duodecim, *Ambitus* sexaginta. Sed ante aliquot annos qui eam accuratè dimensus est Geometra tribuit ei 40. passuum millia *longitudinis*, ferè viginti, *latitudinis*: de *ambitu* nihil statuere voluit, ob crebros sinus quibus lancinatur.

NVM. 3. *Qualitas Melitæ.*

LICET hæc regio sit paulò calidior, tamen refrigeratur ventis Zephyro, & Cauro, at neque niuem, neque glaciem videt nisi allatas, & arte seruatas. In tota Insulâ vltra quatuor pedes nihil præter scopulos, & rupem inuenies. Ad Medinam, seu veterem urbem frumentum satis copiosè prouenit, quod tamen alere vix potest indigenas per tres menses, itaque ex Sicilia apportatur. Vbique Gossipium *le Coton* feliciter succrescit, magno vbique in pretio, & post demessum hordeum seritur. Quomodo hæc terra & lapides valeant contra serpentes dicemus in Admirandis. Meli ibi tantâ etiamnum copiâ legitur, vt quidam dictam velint à melle. Equi hæc quoque robustissimi, & generosissimi, accipitres no-

biles & falcones magni per totam Europam pretij. Caret Insula ligno, quare indigenæ vtuntur fimo bouum exsiccato, aut accersunt ex Sicilia magno pretio olearum ramos. Hinc quoque Cuminum pretiosum eductum per Italiam distrahitur.

N V M. 4. *Mores Novi Melitensum.*

Indigenæ fortissimi sunt, sed zelotypi; scemina in libidinem proniores, ipsæ quoque fortissimæ, & quæ aliquando cum Ianizaris Turcicis depugnarunt. Parcissimè viuunt, & fermè oleribus, ac herbis. Linguam retinent veterem Punicam, quare verba Platini Punica intelligunt, & *Epheta* sacrorum codicum apud eos significat *adaperire*. Præficas mulieres adhibent funeribus suis quæ lacrymas suas vendunt.

De *Equitibus* pauca dicam. Nouitij per annum in Insula retinentur, atque exercentur in operibus pietatis, atque militiae. Equites in Hospitiis viuunt, (*Auberges* vocant) aut si licentiam obtinuerint in domibus suis, aut cum Commendatariis *les Commandeurs*; Sacerdotes, & Fratres Seruitæ *les Freres Seruans*, semper in hospitiiis degunt.

De Magistro, & aliis ad Ordinem spectantibus, non est huius libri opus. Equites ferè sexcenti Valætæ numerantur, reliqui in alia loca per Insulam distributi sunt. Diuiduntur in octo *linguas*, vt vocant, Prouinciæ, Aluerniæ, Franciæ, Italiæ, Aragoniæ, Angliæ, Germaniæ, Castiliæ ex quâ Lusitanica pendet. Equites Magnâ Cruce ornantur, qui decem annis hæserunt Melitæ, & quatuor expeditionibus interfuere, *Carauans* vocant. Cætera repetite ex Historiâ Melitensi.

N V M. 5. *Politia recens Melitæ.*

EQUITES Melitenses primùm dicti sunt Nosocomij, seu Hospitij S. Ioannis Hierosolymitani, & post captam Hierosolymam resistere in Syriâ in arce suâ, seu Castro Margatio *Margat*. Deinde Ptolemaidem *Acre* se receperunt; exinde in Insulam Cyprum, vnde occupauere Cyprum sub Magistro Villareto, atque inde dicti Equites Rhodij. Ex Rhodo eiecti sunt à Solimano anno 1522. vnde se contulere in Insulam Cretam, Messanam, Centumcellas

Ci-

Civitas Vecchia, Viterbium, Niceam, Villamfrancam, Augustam in Sicilia, ac demum concedente Carolo V. anno 1530. in hanc Insulam Melitam, eâ lege vt se clientes eius profiterentur, oblato quotannis Falcone Siciliae Proregi. Concesserat eis quoque Tripolim Barbariae, sed hanc perdidere anno 1551.

Reditus ordinis est tercenties mille aurei extra prædas, & spolia Turcarum; Magister sexaginta millia aureorum sibi seponit. Quinque triremes *des Galeres*, semper armatas habent, in singulis 100. milites, & 20. Equites, sed in Prætoriana 30. Equites numerantur. Insula diligenter seruatur, & ab eâ fædè semel repulsus Ottomanus, non facîle eius inuadendæ consilium capiet.

N V M. 6. De Insula Gualo, Gozo.

Huius Insulæ *longitudo* est 20. millium, *latitudo* vndecim, ex recenti mensurâ; nam antea ei *longitudinis* tribuebantur octo millia passuum, *latitudinis* quinque. *Ambitus* 30. de Ambitu noluit pronuciare qui hanc dimensus est.

Aëris purissimi est, iugibus aquis abundat, & culta multos fructus, & suauissimos reddit. In eâ Falcones optimi capiuntur in editâ rupe.

Capta est à Turcis Melitam obsidentibus, qui ex eâ septem millia captiuorum abduxerunt: nunc in ea quinque millia capitum numerantur. Huius Insulæ Principem se Magister appellat, & ad hanc regendam tertio quoque anno præfectum mittit. Indigenæ omnes loquuntur Arabicè, omnes Christireligionem profitentur, & Equitibus addictissimi sunt.

§. 3. *Descriptio Geographica Siciliae iuxta recentem diuisionem.*

DIVIDITVR nunc Sicilia in tres valles, siue ditiones, *Demonia*, *Neto*, & *Mazara*, de quarum nominibus supra egimus. Earum autem hi termini sunt. Demonam, vbi Messana, distinguunt Fl. Himeræ Borealis, vulgè *Termini*, & *Iaretta*, olim Simethus aut Terias, vt præmonuimus in Vetere. Vallis Nectina *di Neto*, aut *Noto*, iacet inter prædictum *Iaretta*, & Himeram Australem, seu Gelam, hodie *Salfo*. Quod superest, Mazaranae valli, *di Mazara* contribuitur.

Parall. Geogr. Tom. II.

K K K k k k

NVM. I. De Valle Nemorensi, seu Demone, Valli di Demona,
aut di Demini.

VR- Thermæ: Terme, vbi Balneorum vëstigia:
BES Rocella: Rocchiella, statio non incommoda, & arx.
CEPHALÆDA, & Ciphalædium: Cifalu, ciuitas Episco-
VAL- palis vbi Ecclesia ditissima, quam Rex Rogerius con-
LIS didit & ditauit: eius ager pulcherrimus esset, nisi aquis
marinis sæpe tegeretur.
DE- Tusa: Tosa, oppidum non procul à mari, ad littus autem
MO- arx cognominis, frumenti nobile emporium est.
NÆ Cardonia: Cardonia, condita in ruinis antiquæ Halesæ.
AD Rosa Marina: Rosa Marina, castrum ad Fl. cognominem.
MA- PACTÆ: Patti, ciuitas Episcopalis, vnde finis nomen
RE traxit; hîc clauditur territorium Mamertinum, seu
Messanense.
TYR- Tyndarida: Tyndaro, rudera tantùm vrbis, vbi nundinæ
RHE- quorannis mense Septembri celebrantur.
NVM. MILATIVM: Milazzo, olim Mylæ, oppidum perue-
tustum, in regione feraci quæ vulgò dicitur Nutrix
Messanæ.

VR- PHARVS: Faro, seu Capo del Faro, Promontorium olim
BES Pelorum, vbi minima freti distantia, è regione Scyl-
VAL- lei Schiglio.
LIS MESSANA Messina, nobis Messine, cum portu commo-
DE- diſſimo, & capaciſſimo in freto Siculo figuræ oblon-
MO- gioris ob montes quibus premitur; suburbia sic pro-
NÆ ducit pagorum in morem, vt vna platea ad 12. millia
passuum porrigatur, vnde accersuntur milites ad fu-
bitas Turcarum irruptiones, & exscensiones: omnes
illos pagos vocant de la Furias, & aliquando ad decem
armatorum millia ex iis Messanam accurrunt. Sum-
mus vrbis magistratus Stratigos dicitur, qui ex legi-
bus non potest esse indigena; de eo suprâ egimus in
Historicis. In huius agro Mori plurimæ, quare hinc
multùm ferici effertur. Ciuitas munita est 4. castel-

LE ROYAVME
DE
SICILE

LA MER DE
TOSCANE



A D

lis, 14. aggeribus. Visitur hinc Bibliotheca librorum MSS. Constantini Lascaris, quam moriens urbi legavit. Iactant & Mamertini Epistolam B. V. ad se misam. Hinc quoque Antonellus Mamertinus pictor colores oleo primus diluere docuit.

M A-

TAVROMINIVM: *Taormia*, celso in colle collocatum oppidum.

Schixon: *Schiso*, arx in Promontorio, ubi olim sita erat urbs Naxus.

R E

Caltabianum: *Caltabiano*, non procul à littore conditum à Sarracenis oppidulum.

Sinus S. Theclæ: *Golfo di Santa Tecla*, regendis navibus opportunus in Ionio mari tempestate iactatus.

I O-

CATANA: *Catano*, nobis *Catane*, ab unâ parte mari alluitur, ab alterâ vergit ad radices Æthnæ. Eversa est à Friderico I I. restituta est ab Aragoniis, à Carolo V. mœnibus, & propugnaculis cincta. Academiâ illustrem habet ubi vigent iura Pontificum, & Cæsareum. Portus eius plenus aspicitur grandibus lapidibus. Ager eius mirè ferax, quia cineribus Æthnæ montis dicitur fecundari. Obnoxia est civitas eruptionibus Æthnæ, sed remedium habet potentissimum velum S. Agathæ, quod obiectum ignis furoribus sæpe eos reddidit innoxios.

NIVM

OPPI-

Rupes Camastris: *Motta Camastri*, in editis collibus situm oppidulum.

D A-

Crassa lingua: *Lingua Grossa*, sub radicibus Æthnæ oppidulum, sic dictum ob duram, & rusticam Siculi sermonis pronunciationem.

&

Castrum Leonis: *Castiglione*, ubi arx vetusta ex quadrato lapidibus non inconcinna.

L O-

Franca Villa: *Franca-Villa*, cuius fit mentio Guilelmi primi Siciliæ Regis temporibus, Vicecomitatus titulo insignita superiori sæculo.

Auricella: *Rocella*, oppidulum Mediterraneum ad dispendium alterius in littore.

- RANDATIVM**: *Randazzo*, nouum oppidum, sed ingens, nobile, locuples, & muris eximiis cinctum.
- CA** **Cœnobium S. Mariæ cognomento Maniacis**: *S. Mariæ Abbatia*, conditum anno 1182. à Margaritâ Siciliae Reginâ prioris Guilelmi vxore, & posterioris matris, permittente Pontifice Clemente, in eo loco qui dicebatur Maniacis.
- ME** **MANIACIVM**: *Maniaci*, conditum oppidum à Georgio Maniacio Siciliae Præfecto anno 932. cum hîc grandi clade Sarracenos attriuiſſet; nunc iacet in ruinis, sed eius rudera *Casilinus Casilino* dicuntur, ait Fazellus.
- DI** **Brontes**: *Bronti*, recens oppidulum ad radices Æthnæ. **Adranum**: *Aderno*, malè in Tabulis *Aterno*, oppidum peruetustum; eius amplitudinem rudera sat eloquuntur.
- DI** **Paternium, seu Paternio**: *Paterno*, oppidum conditum sub Æthnâ monte à Rogerio Siciliae Comite.
- CENTVRIPE**: *Centorue*, sub Sarracenis, & Normannis etiam floruit: sed à Friderico II. excisa est 1233. & ex eius ruina Augusta surrexit.
- TER** **Mascaris**: *Mascari*, item ad radices Æthnæ montis, vbi urbem Æthnam olim fuisse volunt.
- Rupes S. Anastasiæ**: *La Motta*, olim arx permunita in rupe præcelsâ, vnde prospectus datur iucundissimus in agros Catanenses, & Leontinos.
- RA** **TROYNA**: *Traina*, in colle edito sita, quam Fazellus putat olim dictam Traianopolim: fuit Regum olim sedes, & sedes Episcopalis Cephalædium translata, aut Messanam. Hîc sacellum exiguum, quod non licet subire mulieribus, quod Urbanus I V. Pontifex in eo sacrum fecerit.
- NEA** **Eubuli**: *Eubuli*, cœnobium à Rogerio conditum, quia hîc consilium cepisset Troynæ obsidendæ, quam & cepit.
- Gaglianum**: *Gagliano*, munitissimum oppidum in rupe, Vicecomitatus caput.
- Rupes, seu Rocca Serlonis**: *Sarno*, sic dicta à Serlone

- nepote Rogerij, quem Sarraceni hinc occidère.
 Ciramis: *Cirami*, quondam pagus Capitij, nunc oppidum.
- VAL- CAPITIVM: *Capizzi*, perantiquum oppidum, à Tullio Capitina dicitur.
- LIS NICOSINVM: *Nicosia*, populofum, & ingens oppidum, vbi habitant promiscuè Galli, & Longobardi; quare etiamnum in linguâ indigenarum reperiuntur vestigia Longobardici, Gallique sermonis, Adiacet ab Occidente nobilis Salina cognominis.
- DE- Spirlinga: *Spirlinga*, arx munitissima in rupe, quæ sola in Vesperas Siculas non confert.
- MO- Rayhalionis oppidum: *Castro Reioanne*, à Sarracenis conditum, destructum à Friderico I. ob Francisci Vintemilij rebellionem.
- NÆ } Gangis: *Gangi*, oppidum nouum: & infra Gangis Vetus, dirutum in rebellionem Francisci Vintemilij. In huius ruinis conditum cœnobium S. Benedicti.
- seu } Giracis: *Gerace*, oppidum Sarracenorum: Marchionatus caput.
- Politivm: *Polizzi*, oppidum nouum, sed ingens & locuples reliquiis S. Gandulphi illustratum, atque miraculis; conditum à Rogerio Comite Siciliæ. Situm est in monte Madonia, de quo mox.
- NE- Ifnellus: *Asnello*.
- MO- Bonuicinus: *Bonuicino*, arx.
- REN- Colifanus, Sarracenis Yholifanus: *Colifano*, Comitatus, vbi lapidina iaspidis, & porphyretica. Indigenæ ostendunt cadaver antiquæ vrbis quam appellare non possunt. Regio Bayhatina dicitur.
- SIS } Graterium: *Gyateri*, oppidum Beryllo lapide celebre.
- Castellum bonum: *Castro Buono*, oppidum nobile.
- Cœnobium S. Anastasiæ: *Sant-Anastasia*, à Rogerio Rege fundatum.
- S. Maurus: *S. Mauro*.

- Castellucium: *Castelluzzo*.
- Misistratum: *Mistreta*, vbi ædes D. Catharinæ, ad quam multa antiquitatis monumenta, olim Amestrata.
- Millitellus: *Millitello*, recens oppidum.
- de la Turturiticium: *Turturizzo*, in valle profundâ, clarum variis opificibus, sed maximè ferrariis & campanariis.
- Vallée Castania: *Castagna*, oppidum ab annis trecentis ex multis pagis conflatum.
- de De- Sanctus Angelus: *Sant-Angelo*, oppidum ex duobus pagis Sarracenis coactum, vt gratiam haberet Rex S. Michaëli, cuius ope hîc vicerat Sarracenos.
- mona. Castrum Regale: nunc *lo Castro*, & *Castro-real*, ingens castrum in rupe prærupta, à Friderico II. ex multis pagis confectum.
- Mons fortis: *Monforte*, in colle à prædicto Friderico conditus.
- Rametta: *Rametta*, oppidum in editâ rupe naturâ munitissimum.

- MON-
TES
- SICI-
LIÆ
- IN
- VAL-
- LE
- DE-
- MO-
- NA.
- ÆTHNA: *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel*, altissimus, & in vertice semper obductus niuibus. Eius ambitus est 70. mil. pas. In eo multum croci gignitur, item & Rhabarbarum austerissimum: pars eius Australis vitibus confita est, Borealis nemoribus obducta, in eo nihil incultum, nisi aliquot riui, incendiorum tristissima argumenta. De recentibus eruditionibus legatur Fazellus.
- HERÆI MONTES, cuius pars editissima dicitur *Artesino*: de his in Antiquâ: promouentur autem in vallem Neetinam.
- NAMARINUS: *Monti di Namari*, olim Neptunius, & Polorus.
- STUDERIUS: *Monti di Studeri*, pars Neptunij.
- MADONIA: *Madoni*, maximam anni partem niuibus obductus altissimus montium Siciliae, atque latissimus post Æthnam. Herbae eius in primis salutare & pecori, & hominibus.

	IN MA.	TERMINVS: <i>Termini</i> , limes Occidentalis vallis Nemorensis, olim Himeræ Borealis.
	RE	Pollinus: <i>Pollina</i> , olim Monalus.
FLV-VII		Furianus: <i>Furiano</i> .
	TYR.	Ros-Martinus: <i>Rosmarino</i> , olim Chidas, qui Troynam <i>Traina</i> recipit.
VAL-LIS	RHE.	Oliuerius: <i>Oliuero</i> , olim Helicon.
		Fluius Castræ Regalis: <i>Fiume de Castro Reale</i> , olim Longanus.
DE-MO-NÆ	NVM.	Nucetus: <i>Nuciti</i> , olim Facelinus, seu Melas.
	IN MA.	IARETTA: <i>Iaretta</i> , de quo in Antiqua, nunc separat vallē Demonam à Neetinā à meridie.
CA-DEN-TES	RE	Iudicellus: <i>Iudicello</i> , ex radice Æthnæ profluens.
	IO.	CANTERA: <i>Cantera</i> , Randatium oppidum aluens, & aliquot fluuiolis tumens, olim Taurominius.
	NIVM.	Munius: <i>Muniusi</i> .
		Nifis: <i>Nifi</i> .

NVM. 2. De Valle Neetinā, Valli di Nêto, seu Noto.

LO-CA		Pachinus Pro. <i>Capo Pessaro</i> .
		Vindicaris: <i>Vindicari</i> .
MA-RITI-MA		Falconaria: <i>Falconara</i> , ad ostium Fl. cognominis.
		Iasibilis: <i>Iasibili</i> , ad fluuij quoque cognominis ostium.
VAL-LIS		SYRACVSÆ: <i>Syracosa</i> , Hispanis vulgò <i>Sarragossa</i> , nomina sua huic indere cupientibus. Nunc tota est compacta in Insulam Ortygiam, ait Fazellus, vndique mari eluta cum duplici portu <i>Porto Maggiore</i> , & <i>Picciola</i> , cum vnicâ portâ ad Isthmum, vbi & duo excitata sunt propugnacula. Chersonesus ipsa in mare porrecta Insulæ formam effingit, in vertice habet arcem <i>Maniacis</i> dictam, & scopulis vnde quaque munitur. Nunc deficientibus colonis vrbs ipsa quoque deficit in dies.
NEE-TI-NÆ		Manglefia Peninsula: <i>Isola delli Manglefi</i> .
AD-MA-RE		AVGVSTA: <i>Augusta</i> , condita à Friderico II. recipit equi-

I O-
NIVM. } equites S. Ioan. Hierosolym itani, qui hinc in Meli-
tam transferunt.
Bruca: *Bruca*, in eadem Peninsulâ cum Augustâ.

L O-
C A-
M A-
RITI-
M A-
V A L-
L I S-
N E E-
T I-
N Æ-
A D-
M A-
R E-
A F R I-
C V M.

MOTYA: *Motya*, vrbs amplissima condita in Promontorio Pachyno; Fazellus tamen urbem prostratam vocat, & cadauer vrbs.

Palori Portus: *Porto Paloro*, statio non illepidâ soluentibus è Melita.

Ficallum: *Ficallo*.

Fanum S Petri: *San-Petro*.

LONGOBARDVM, aliter Inyctum: *Longobardo*, vetusta vrbs, & olim Regia.

CAMERINA: *Camarana*, planè deserta est, & magnæ vrbs vestigia ostentat.

TERRA NOVA: *Terra Noua*, ad ostia Fl. cognominis, vrbs Dipolis superstructa antiquæ vrbs ruderibus, Marchionatus tempore Fazelli, nunc Ducatus.

Falconaria: *Falconara*.

V R-

Iudaica: *Iudica*, euerfa funditus à Rogerio: ad hanc sitam fuisse Hyblam putat Fazellus.

B E S

RAYALBVTVM: *Rayalbuto*, seu *Rechalbuto*, oppidum Saracenicum, sic dictum quasi *Casa Butach*, concessum à Rogerio Episcopo Messanenfi, incensum à Centuripinis anno 1261. rebellibus, sed reparatum est anno sequenti, nuncque lautum oppidum est, & frumenti Mediterraneum emporium.

&

AGYRE: *Agyrone*, seu *San-Philippo d' Agirode*, sic dictum à metallicis argenti. Colitur hîc S. Philippus Byzantinus, & multos energumenos sanat.

Afforum: *Afforo*, ad Fl. cognominem, qui tamen in Tabulis dicitur *Distaino*, Comitatus illustri est caput.

M I-

Tauis Arx: *Castro Tavi*, oppidum Saracenorum, cuius rudera tantùm visuntur, vnde fons effunditur caput fluiorum Chryse & Tiræ.

N O-

Calatasibetha: *Calataxibetha*, Saraceni nominis mons & oppidum, vbi ædes S. Petri: inde Rogerius obsedit Ennam.

- ENNA: *Enna*, aliter *Castro Ianni*, in excelso monte, & vndique prærupto; totius Siciliæ umbilicus. In eâ hæsit diu Fridericus II. Cuius arx etiamnum extat.
- RA *Ætate Martini Siciliæ Regis multum crevit, cum incolæ pagorum ad rebelles pertinentium in eam cõmigrare iussi sunt: ab eâ non procul montes ex fale natiuo, & cum excinditur succrescente 10. mil. pas. in Boream ab Ennâ, dicti Salinæ Ennenses.*
- LO- *Petra Sciffa: Petra Tagliata* arx, à quâ non procul celebre Monasterium S. Benedicti à *Fundito* dictum.
- CA *A Y D V N V M: Aiduni*, oppidum Longobardorum, qui tempore Normannorum cum Rogerio transferunt, & deuicerunt Saracenos. Condiderunt hanc urbem in edito colle, cui tota Catanensis planities subest, & adhuc vestigia antiqui sermonis seruat.
- ME- *Ciratella: Citatella*, urbis magnæ ruinæ, vbi & Theatri quadrati reliquiæ: Fazellus dubitat an sit vetus Herbita.
- DI- *Platia Noua & Vetus: Piazza*, populi frequentiam clarum est Nouum oppidum, & scatens fontibus. Conditum Vetus à Longobardis qui appulere cum Normannis: dirutum est ob rebellionem à Guilelmo I. Rege Siciliæ, eiusque loco Nouum conditum est.
- TER- *Yhanceria: Yhanceria*, oppidum Saracenicum.
- RA- *CALATA YHERONIS*, aliter *Caltagion*: vulgò *Caltagirone*, amplificatum oppidum à Rogerio ex spoliis Zoticæ urbis destructæ. Capta fuit à Genuensibus quondam appulsis Camarinam. Terræ motibus admodum obnoxia est.
- NEA *Aquila: Ochula*, vbi antiquitatis multa vestigia.
- MENÆ*, aliter *Menenon: Mineo*, urbs antiqua, & ei adiacens specus *Taphron* dictus, vbi vixisse Veneficam fabulantur indigenæ.
- Palica: Palica*, non procul à lacu *Naphthia*, deserta omnino, & mera rudera.
- PALICONIA: Paliconia*, recens oppidulum: dubitat Fazellus, vtrum originem habuerit à *Palicâ* destructâ.
- Franco-Fons: Francofonte*, recens oppidulum à fontibus

- nomen habet: Fazellus hîc suspicatur Hydriam Pto-
lemæi, ab his fontibus sic dictam.
- V A L-** **LICODIA:** *Licodia*, Saracenicum oppidum, caput Mar-
chionatus factum à Ferdinando Aragonio.
- BIZINIS:** *Vizini*, amplum oppidum licet recens; ex eo
oritur Dirillus Fl. ex utrâque montis parte.
- Cerratana:** *Ceretana*, hodie dicitur.
- L I S** **Buchirium:** *Buker*, oppidum Saracenicum in colle
modico.
- Buxema:** *Boxemi*, oppidum recens Comitatus caput.
- Palatiolum:** *Palazolo*, vbi nobile cœnobium Minorum
Nominis Iesu, aliter dictum *Acremons*.
- S. Lucia:** *S. Lucia*, vbi templum Sanctæ, à Rogerio con-
ditum.
- N E E-** **RAGUSA:** *Ragusa*, oppidum amplum, & diues in agro Ca-
marinensi.
- CLAROMONS:** *Chiara-Monti*, oppidum in arduis collibus
conditum à Manfredo Claromontano, olim dictum
Gulphis; vrbs satis illustris.
- T I-** **Yhomisum:** *Yhomisu*, Saracenicum oppidum celebra-
rimum ex Dianæ fonte apud veteres decantatissimo.
- Biscaris:** *Lubiscaris*, oppidulum.
- Grassuliatum:** *Grassuliato*.
- N Æ,** **MAZARENVM:** *Mazarino*, Comitatus.
- Petra Precia:** *Petra Preccia*, Marchionatus.
- Barra Franca:** *Barra Franca*, opus Matthæi Barrensis.
- Buterium:** *Butera*, vbi multa rudera: dubitat Fazellus
an hîc fuerit Hybla Minor.
- MOTYCA:** *Motyca*, amplissimum oppidum, Comitatus
caput, populo frequens, in valle profundâ situm, eius
ager tamen est lapidosus.
- la Vallée** **NEETVM:** *Neto*, *Nea* olim vel *Nex*, vnde huic valli
nomen inditum est.
- Castellucium:** *Castelluzzo*, arx olim munitissima.
- Fanum S. Ioan. Bidini:** *San-Ioan Bidini*.
- Renda arx:** *Renda*, vbi reliqua S. Ioannis ædes superest.
- Cassarus:** *Cassaro*, oppidum in valle profundissimâ plata-
nis luxuriante.

Terri-

Pantalica: *Pantalica*, vrbs. deserta, vbi ex speluncis Fazellus colligit fuisse Erbesum; Ερβειος enim speluncam sonat. Fit Pantalicae mentio in vitâ S. Sophiæ virginis.

toire de

Sortinum: *Sortino*, noui nominis oppidum, cuius aquæ mirabili artificio Syracusas deducebantur aliàs.

Climitis: *Climiti*, arx.

Noto.

Milillis: *Mililli*, recens oppidulum.

Curcuratium: *Curcuratio*, dirutum oppidum.

LEONTINI: *Lentini*, hodie vrbs rudera in tribus vallibus, totidémque collibus; lacus vicinus eam insalubrem reddit; quare incolæ translati in locum eminentiorem à Carolo-Cæsare dictum Carleontium. In eâ vrbe 7. Kal. Maij celebrantur nundinæ nobilissimæ. Ager eius vberimus, & vitibus egregiè confitus.

FLVII VALLIS NEPTINE.

IN

IARETTA: *Iaretta*, de quo suprâ.
Symethus: *Symetho*, de hoc vide etiam Antiquam.

IO-

S. Leonardi: *S. Leonardo*, ad Leontinos.

Porcarius: *Porcari*, olim Pantagias.

NIVM

S. Iuliani: *San-Iuliano*.

MA-

S. Marcellini: *San-Marcellino*.

Alpheus: *Alfeo*, olim Anapus.

Yhasibilis: *Yhasibli*.

RE.

Falconarus: *Falconara*.

Abisus: *Abiso*, olim Elorus.

IN

Sicilius: *Xicli*.

Manlus: *Manlo*.

Frafcularius: *Frafcularo*.

AFRI-

Camarina: *Camarano*, olim Hipparis, seu Camarina.

CVM

Dirillus: *Dirillo*, seu *Drillo*, olim Achates.

Manumusa: *Manumusa*, olim Vagedrusa.

MA-

Terræ Nouæ: *di Terra Noua*, olim Gelas.

Naufrias: *Naufria*.

RE.

Salsus: *Salfo*, olim Himera Australis, recipiens *Petralia*.

- L A- { ENNENSIS: *Lago d'Enna*, medium, seu umbilicus Siciliæ.
 BENTRIVS: *Bentrio*, ad Leontinos vibem eorum veterem pestifero odore corrumpens.
- C V S. { Naphtias: *Naphtia*, olim Palicorum lacus.
 Camarinus: *di Camarana*, de quo in Veteri pluribus.
- MON- { HÆRÆORVM montium pars editissima: *Artesino*, malè
 T E S in Tabulis *Artesino*.
- V A L- S. MARCELLINI: *San-Marcellino*, olim Hyblæi montes,
 L I S dicti ab Hyblâ parvâ.
- N E E- CATALFANVS: *Monte Catalfano*, vbi indigenæ ostendunt
 T I reliquias magnæ vrbs, quam Trinacriam appellatam
 N Æ fuisse putant, sed ab eruditis irridentur.

N V M. 3. *Regio, vel Vallis Mazarana, Valli di Mazara.*

- L O- { TERMINI: *Termini*, olim Himera vrbs luculenta: vtrum
 autem sit Himera dubitant aliqui, & hanc volunt hodie dici *Sciacca*, sed vulgò reiiciuntur.
- C A Cephala: *Cefala*, arx Saracenicæ in rupe sita, ad cuius radices in profundâ valle Balnea sunt Aluminosa.
- M A- P A N O R M V S: *Palermo*, nunc credita primaria totius Siciliæ, quia in eâ residet Prorex, licet Messana de dignitate cum eâ disputet. Maxima certè est ciuitas huius Insulæ, & sedes olim Regum; sita est prope Fl. Formosam. Hodie Tetrapolis est, *Prima* dicitur *Superba*, olim Vrbs Vetus. *Secunda* Neapolis, hodie *Albagaria*. *Tertia* Papyretana, à Fl. Papyreto, qui hanc secat, olim Seralcadis, & Transmōtana nominata. *Quarta* denique *Thalicia*. Regitur à sex Iuratis, quibus superminet Prætor ex primariâ Siciliæ nobilitate electus. Portum habet luculentum mole superbâ, & castro munitum, palatium Regis & hortos amœnos, &c.
- Z A- Mondellum: *Mondello*.
- P O R T U S: *Porto*.
- R A- Elymæ rudera: *Elyma Rouinata*.
- N Æ CASTELLVM AD MARE GVLPHANVM, cognominatum: *Castel à Mar di Golfo*, frumenti nobile emporium, vrbs luculenta & diues.

A D

Scupellum: *Scupello*.Fanum S. Viti: *San-Vito*.

M A-

R E

DREPANVM: *Trapani*, vel *Trapano*, ciuitas & portus ad radicem Montis S. Iuliani. Portus hic capacissimus est, & grandiores naues tenere potest. Hodie vrbs munitissima est, & peninsula ei adiacens à Carolo Cæsare in Insulam & munitissimam Siciliæ arcem efformata est.

TYR-

R HE-

NVM.

L O-

C A

MARSALLA: *Marzalla*, olim *Lilybæum*, hodie aggeribus, & propugnaculis firmata.Boccum Promontorium: *Capo di Bocco*, olim *Lilybæum*, aliter *Capo di Marzalla*, in mare multum excurrens. De eo plura in Antiquâ.

M A-

TITI-

M A

Turris Sibyllina: *Torre Sibyllina*.MAZARA: *Mazara*, Episcopalis ciuitas, unde huic regioni nomen: inclyta sede Principum Saracenorum, mox etiam Rogerij Siciliæ Comitis commoratione.

M A-

Z A-

R A-

N Æ

Terra Pulicis: *Terra di pulice*, vel *di Pulici*, olim *Selinus*, vrbs in littore peruetusta.Sacca: *Xacca*, veteribus *Thermæ*, vt credit Fazellus.Heraclea: *Heraclia*, oppidulum & emporium sat lautum & diues.

VAL-

LIS

Siculiana: *Siculiano*, emporium & oppidum Saracenorum, vbi arcem quondam nobilem excitauit Fridericus Claromontanus.

A D

M A-

R E

AGRIGENTVM: *Gergenti*, egregiè munita & culta ad fluuium *Gergenti*. Distat iam à mari quatuor leucis; in colle sita est; Septentrionale eius latus castellum firmat, & ad vrbs tantum vnicus est aditus. Episcopo 25. oppida subdita sunt.

AFRI-

C A-

NVM.

Mons Clarus: *Monte Chiaro*.Leocata: *Locata*, ad radices montis *Gelæ* in Insulâ quam efficiunt aluci *Salfi* fluuij *Salfò*, & *Fiuminello*.

V R-

Calatafimis: *Calatafimi*, vrbs Saracenicæ.Barbara: *Barbara*, olim *Segesta* omnium iudicio.ALCAMVS: *Alcamo*, conditum oppidum ab *Alcamach* Saracenorum Præfecto, quod postea *Fridericus II.*

transtulit ad radices montis, cui antea affixum erat. Arcem eius disiecit Martinus Rex: nunc ditissimum est.

BES

MONS REGALIS: *Monreale*, ad montium radices vbi templum opere Musiuo pulcherrimum; ciuitas est Archiepiscopalis, à quâ duobus passuum millibus in Occidentem Hibernum est Abbatia S. Mariæ ab Alto fonte, seu *Parco* Ordinis Cisterciensis, quam Fredericus II. condidit & ditauit.

&

Græcorum oppidum: *Græcopoli*, à Græcis condita 1488. cùm fugiunt Turcarum tyrannidem.

MI-

Misilimenis: *Misilumeni*, vbi olim arx crecta à Manfredo Claromontano, postea ibidem vrbecula condita 1540. à Francisco Bosco.

Risalaïmis: *Risalaïmi*, arx Saracenicæ, vbi fons maximus, & origo fluuij Bahyaræ.

NO-

MARINÆVS: *Marineo*, ante 200. annos conditum oppidum à Francisco Bononiâ Panormitano; ex ea oriundus Marinæus ille qui Hispanicam illustrauit historiã.

CIMINNA: *Cimina*, noui nominis oppidum, sed vino suo celebratissimum.

RA

Biccarum: *Bicari*, Comitatus titulo insigne, vbi arx excitata à Manfredo Claromontano.

Margana: *Mergana*, arx à Teutonicis militibus, qui Monasterium Mansionis S. Trinitatis Panormi incolebant, inconsulto Rege excitata, sed à Ludouico Rege postea, acceptâ ab iis fide, confirmata.

LO-

Castrum Nouum: *Castro Nouo*, inter rupes situm honestum oppidum.

CA

Camarata: *Camaranta*, ingens oppidum ad radices montis, Comitatus titulo clarum.

Musumellis: *Musumelli*, hoc est mons Mellis, à monte cui insidet, aliter Manfreda dicta à Manfredo Claromontano conditore, vt docet inscriptio ad portam.

VAL-

Sutera: *Sutera*, malè in tabulis *Gutera*, ad radices prædicti montis.

Grutis: *Gruti*, oppidulum sic dictum à speluncis quas Siculi *Grutas* vocant, vnde putat Fazellus esse Herbesum Polybij.

- Rayal-mutum: *Rechalmuto*, oppidum Saracenicum vbi arcem excitauit Fridericus Claromontanus.
- NARVS: *Naro*, hodie nobile oppidum conditum olim à Saracenis.
- LIS- Calatanixeta: *Calatanixeta*, corruptè in tabulis *Calatanixata*, Saracenicum opus.
- Fauara: *Fauara*, oppidulum & arx à Friderico Claromontano.
- Raphadalis: *Raphadali*, olim Casa Saracenicæ, facta oppidum superiore sæculo.
- BIVONA: *biuona*, sub altis rupibus nouum oppidum: in eius agro est auri fodina diues, & fons oleo scatens; adiacet Monti Rosarum.
- MA- Palatium Hadriani: *Palazzuolo*, Græcorum oppidum.
- Prizis: *Prinzis*, Saracenicum oppidum in colle.
- CORILIONIS: *Corilione*, honestum oppidum & diues; Longobardorum Colonia tempore Friderici I. Cæsaris & Siciliæ Regis: quare indigenæ etiamnum vtuntur Longobardico sermone. Venerant ex Longobardiâ attriti calamitatibus bellorum. Anno 1536. terræ motu ex parte concidit.
- Z A- Catalabuzamara: *Catalabuzamar*, olim Saracenorum oppidum, cuius tantum rudera visuntur in monte *Buzamar*.
- IATVM: *Iato*; Iterum olim, in editissimo monte, & vndique prærupto situm, ad quem vnus aditus; hic diu resistere Friderico I. Saraceni, & capti ab eo Nuceriam in Regnum Neapolitanum relegati sunt.
- RA- Calatrasis: *Calatrasis*, arx & oppidum Saracenicum. Ad hoc inuentum est cadauer gigantis anno 1550. de quo vide Fazellum.
- ENTEELLA: *Entella*, vrbs vetustissima in monte cognomine, vrbs iam frumento diues; eius incolæ parem cum latentibus sub Frid. I. experti sunt conditionem.
- NÆ Clausa: *Clusa*, an. 1320. condita vrbeccula, & sic dicta, quòd hic ager clausus, quo equi continebantur in pascuis.
- Iuliana: *Iuliana*, oppidum in sublimi rupe, quod nobilius.

- lius reddidit Fridericus II. in eius agro fodinæ ferri, argenti, & porphyretici lapidis.
- Villa Franca: *Villa-Franca*, oppidum vino celebratum, conditum an. 1499.
- de la Caltabellota: *Caltabellota*, malè in tabulis *Calatabellota*, Saracenicum oppidum Comitatus caput.
- TRIOCALA: hodie *S. Maria di Monte Virgine*, vbi quoque ædes magnifica S. Georgio sacra à Rogerio Normanno Siciliæ Comite ædificata, qui hîc Saracenos ingenti prælio cecidit: vrbis tantum visuntur vestigia.
- Sambuca: *Sambuca*, oppidum Saracenorum, olim dictum *Casale Zabuth*.
- de Ma- Gibellina: *Gibellina*, vbi arx à Manfredo Claromontano excitata superest.
- Castrum Veteranum: *Castro Veterano*, titulo Comitatus illustratum.
- zara. SALEMIS: *Salemi*, oppidum honestum, irriguum, & domesticarum arborum copiâ celebre: quare à Saracenis dictus est *locus deliciarum*, id enim eorum linguâ *Salem* sonat: nisi recurrere malis ad Semelitanos populos, quorum Plinius meminit in eo tractu.
- MON- S. IULIANI: *San-Juliano*, olim Eryx, quibusdam malè *Trapani*, ob urbem ei impositam *Trapani del monte*. Fertilissimus est, & amœnissimus.
- TES PEREGRINVS: *Monte Pelegriano*, ad Panormum olim Erecta, de quo in Antiquâ pluribus.
- VAL- MYSUMELLIS, & MONS MELLIS: *Musumelli*, cui infidet vrbis cognominis.
- LIS MONS ROSARVM: *Monti di Rosi*, prope Bivonam urbem, herbis medicis confitus, quas magni faciunt Pharmacopolæ.
- MA- BVZAMARVS: *Buzamar*, altissimus & famosissimus, cui olim impositum oppidum, de quo suprâ.
- Z A- BONIFATVS: *Bonifati*, in cuius vertice olim Alcamum oppidum, nunc ad eius radices translatum.
- RA ENTELLA: *Entello*, cui infidet vrbis cognominis.
- NÆ. GELAS: *Gela*, inter duo ostia Fl. Saliti in Insulâ situs.

Parall. Geogy. Tom. II.

MMMmm

IN MA- RE TYR- RHE- NVM.	}	Himera Borealis : <i>Termini</i> , de quo supra.		
		Baiarius : <i>Bahyaria</i> , seu <i>Baiaria</i> , olim Eleutherus.		
		Formosus : <i>Formoso</i> , aliter <i>Lamiraglio</i> .		
		Papyretus : <i>Papyreto</i> .		
		Iarus : <i>Iati</i> , cadens sicut & subsequens in sinum Segestanum, <i>Golfo di Castel a Mar</i> .		
		Frigidus, aliter S. Bartholomæi : <i>San-Bartholomæo</i> .		
		Marfalus : <i>Marsalla</i> .		
		Maxara : <i>Mazara</i> , olim etiam Maxara.		
		IN MA- RE	}	Bellicus sinister : <i>Bellici</i> , aliter <i>Arene</i> , recipiens <i>Salemi</i> , olim <i>Ipsa</i> .
		RE		Bellicus dexter : <i>Bellici</i> , amplissimus, & aliquot aliis auctus, olim <i>Crimifus</i> dictus.
AFRI-	}	Carabis : <i>Carabi</i> .		
		Caltabellotæ Fl. <i>Fiume di Caltabellota</i> , olim <i>Iburus</i> .		
CA-	}	Mayasolus : <i>Mayhasolo</i> .		
		Platanis : <i>Platani</i> , sat amplius, & aliquot alios minus recipiens, olim <i>Halicus</i> .		
NVM.	}	Cannarus : <i>Cannaro</i> , olim <i>Camicus</i> .		
		S. Blasij : <i>di S. Biagio</i> .		
		Agrigentinus : <i>di Gergenti</i> , aliter <i>di Bari</i> .		
		SALSVS : <i>Salso</i> , olim <i>Himera Australis</i> multos alios recipiens, & in exitu in duo ostia diuisus, quorum Orientale maius nomen retinet, Occidentale minus <i>Fiumicello</i> nuncupatur.		

§. 4. De Minoribus Insulis Siciliam obuallantibus.

EÆ sunt vel Boreales, vel Occidentales, vel Meridionales.

INSV-	}	LIPARI : <i>Isola di Lipari</i> , sedecim mil. ambitus, cum vrbe cognomine munitissimâ. Hanc exciderat Ottomanus Ænobarbus an. 1544. abductis 7. Christianorum millibus, sed nunc reparata est: stationem habet dun-
L Æ		

- BO- taxat, nullum portum. Hic sal conficitur ex aquâ marinâ. Reddit quoque sulphur & alumen; habetque plurima balnea.
- REA- VULCANI: *Isola di Volcano*, seu *Bolcano*, ex quâ fumus
LES semper erumpit: olim Hiera dicebatur, & ei adiacet
Vulcanella *Vulcanello*, de quâ in Antiquâ.
- AD STRONGYLE: *Stromboli Isola*, ex quâ fumi quoque
assiduè affurgunt, & plerumque ignes; Gossipio suo
diues est.
- SICI- SALINÆ: *Salini Isola*, olim *Didyme*, seu *Gemella*; in eâ
LIAM flammæ omnino quieuerunt; multum aluminis suffi-
cit, & vinum generosissimum.
- quibus PANARIA: *Panari*, olim *Hicesia*. Habebat arcem non
dam immunitam, sed ea dissecta est.
- ALICVDIA: *Alicur*, olim *Ericusa*; vt aliàs ita & nunc
Myricis plena, vnde *Ericusa* dicta fuit.
- LIPA- FELICVDIA: *Felicur*, aliter *Felicudi*, olim *Phœnicusa*.
REÆ, Lætissima est pascuis & frumento, & id sufficit vicinis
Insulis.
- VSTICA: *Vstica*, vbi aliàs vrbs cognominis, sed euer-
sa est: nunc indigenis caret, & piratarum statio
est.
- Isles de* Insula Candida, vulgò *l'Isola Bianca*, corruptè *Lisca*
Lipari. *Bianca*, olim *Euonymos*, de quâ consule quæ diximus
in Antiquâ lib. superiore.
- OC- LEVENTIA: *Leuenzo*, à nautis *Leuanto*, è regione *Trapani*,
CI- ambitu 12. Mil. editior, & scopulis vallata; olim
DEN- Phorbantia.
- T A- MARITIMA: *Maritimo*, seu *Maretamo*, 20. Mil. ambitu;
LES adiri nauibus non potest. Tota thymo obducitur,
quare hinc mella exquisitissima.
- INSV- FAVANIANA: *Fauagnana*, seu vt nautæ loquuntur
LÆ *Fauagliana*, 20. mil. ambitus, paulò humilior cæteris,
AD & crebris sinibus lancinata, vnde portus aliquot
capacissimos habet; olim dicebatur *Ægusa*. Adiacent
SICI- ei ad Boream scopuli, aut minutæ Insulæ *Formiculæ*
LIAM dictæ, *Formicoli*, seu *Formiché*.

INSV-	VR-	VALETA: <i>la Valeta</i> , aliter <i>Villa Nova</i> , sed prius nomen prævaluit; ei inditum est à Magistro Ordinis, qui Insulam contra Solimani furores fortiter tutatus est, qui dicebatur aliter <i>Parifoi</i> ; is hanc cōdidit an. 1566. Munitissima creditur totius Europæ, & duplici portu instructa est, seu sinu ampliori. Castrum habet munitissimum S. Elmi insidens rupi, quæ <i>Serberas</i> appellatur.
LÆ	BES	
AD-	INSV-	BURGVVS: <i>Burgo</i> , aliter CIVITAS VICTRIX, <i>Ciuita Vittoriosa</i> , ex quo fortiter Turcas repulit an. 1565 condita est à Philippo Villierio. In eâ vrbe portû claudit, & munit arx S. Angeli, <i>Fort S. Ange</i> .
IA-	LÆ	VRBS S. Michaëlis: <i>S. Michel</i> , aliter <i>l'isle de la Sangle</i> , sic dicta à Magistro Claudio de la Sangle, qui Valetam Pariforum præcessit, eamque Insulam fecit fossâ manu ductâ. Dux illæ vrbes ætate nostrâ communi munitione inclusæ sunt;
CEN-	ME-	
TES	LI-	MEDINA, aliter ciuitas Vetus, seu Nobilis, in medio Insulæ colli affixa, Episcopi sedes. Ei adiacet villa satis lauta Magni Magistri, vulgò <i>Boschetto</i> , & ab eâ non procul visitur cauerna S. Pauli, vulgò <i>la Grotte de S. Paul</i> .
SICI-	TÆ-	
LIÆ	POR-	<i>La Ceredena</i> , ab Oriente.
	TVS,	MARZA GRANDE, hoc est magnus portus ad Burgum & Insulam S. Michaëlis influens.
AD	seu	MARZA MVSSETI, vbi Insula cognominis <i>Marza-Mouchet</i> , in quâ peste infecti, aut suspecti hærare coguntur.
	GA-	Marza Marci: <i>la Cale de Mare</i> . Marza S. Pauli: <i>la Cale S. Paul</i> , quia indi-

- | | | |
|------|-----|--|
| | LÆ. | genæ credunt ad eam S. Paulum appulisse. |
| | | SALINÆ: <i>les Salines</i> , versus Insulam <i>Cuminot</i> . |
| ME- | | |
| | | GAVLOS: <i>Gozo</i> , ab indigenis <i>Gaudisch</i> , ab Arabibus <i>Gaudsch</i> , ubi arx in monte edito, cui adiacet Burgus amplus, & amœnus. Portus habet aliquot non incommodos, vnde pateret excursionibus piratarum, nisi obfisteret Equitum fortitudo, & vigilantia. |
| RI- | | CVMINVM: <i>Cuminot</i> , seu <i>Cuminot</i> , ubi arx excitata à Magistro Vignacurtio: iacet inter Gaulum & Melitam. |
| | | FORFORA: <i>Forfola</i> , ad Meridiem Melitæ, cuius Principes vocantur à sociis per iocum inepti Equites. |
| DIEM | | ZALANCONA: <i>Zalancone</i> , ad Boream Melitæ veriùs scopulus, quàm Insula. |
| | | MVSSETI Insula: <i>Isle de Marzamouchet</i> , locus addictus peste infectis, aut iis qui ex suspecto loco veniunt; in sinu cognomine iacet. |

CAPVT IX.

De Sardinia & Corsicâ secundum recentiores.

§. I. *Historica Sardinia.*

NVM. I. *Nomen Sardinie recens.*

VETVS retinuit immutatum nomen, quod Gallicè exprimimus *la Sardaigne*; Italicè *Sardegna*, vel *Sardigna*; Hispanicè denique *Cerdena*, vel *Serdena*.

NVM. 2. *Quantitas Sardinie.*

Longitudinem Geographicam Sardinie secundum recentem & accuratam dimensionem desumo à Capo della Cacca in Occidentem, ad Capo Conano in Orientem, quæ est eius latitudo Geometrica. Latitudinem autem Geographicam duco à Pro. Taularo ad Capo

della Testa, seu di Santa Reparata, quæ est longitudo Geometrica. Triplicem autem reperio de quantitate Sardinia sententiam.

EXTENSIO GEOMETRICA SARDINIÆ	LONGITUDO	LATITUDO	AMBITVS	DISTANTIA FRET I
Secundum Gerardum Mercatorem	180. M. Pas.	70. M. Pas.	470. M. Pass.	v. Mill. Pass.
Secundum Philippum Cluuerium	170. M. Pas.	90. M. Pas.	560. M. Pass.	60 M. Pass. mendosè.
Secundum nouã verãque dimensioem	166. M. Pas.	92. M. Pas.	480. M. Pass.	VI. Mill. Passuum.

NVM. 3. *Qualitas Sardinie.*

GRAVITATEM cæli hîc etiamnum queruntur indigenæ maximè in parte Boreali ob paludes, & ventos Australes pestiferos. Aquis æstate indiget, quare vbique crebræ cisternæ effodiuntur. Montes alendo pecori opportuni sunt, frumento abundant campestria potissimum circa Caralim, vbi tantum segetis metitur vt campi isti Siculis non decedant. Casei quoque Sardinia plurimum laudantur. Hîc visuntur animalia quædã, antiqui Musmones appellabant, nunc ab indigenis dicuntur *Musioni*, nobis *des Musses*: à ceruo non multum differunt, nisi quod arietis habent cornua non inflexa, sed diuaticata; tanto numero hîc capiuntur, vt dicant quidam vnâ venatione quatuor millia cæsa esse.

Equi Sardi exigui sunt, sed vegeti, laboris cursusque patientissimi. Hîc lucifugæ animalcula araneorum instar in metallicis argenti, quemcumque venenato stimulo foderint statim interficiunt. Hinc quoque aliquid argenti, sulphuris, & aluminis educitur.

NVM. 4. *De Moribus recentibus Sardorum.*

SARDI crudeles sunt, & vino dediti: capti à Turcis facilè sedem Christianam eiurant. Magni sunt venatores, optimi nauarum,

terram satis negligenter colunt. Loquuntur linguâ ex variis dialectis conflatâ, scilicet Sardoâ, Tuscâ, Hispanâ & Africanâ. Qui degunt in vrbibus fere loquuntur Aragonicè: qui in agris linguâ patriâ inquinatissimâ.

NVM. 5. *Politia recens Sardorum.*

HANC Imperio Ro. collabente Saraceni, ex Africâ occuparunt, vnde eiekti sunt armis communibus Genuensium, & Pisanorum, à quibus in duas portiones diuisa est. Aragonum Regi à Summo Pontifice concessa est, inde transit ad Castellanos duobus regnis in vnum corpus coalescentibus.

Administratur à Prorege, cuius sedes Calaris: hic Assessores habet suos qui consilium conficiunt, vulgò *Audientiam Regalem*. Duo quoque Prætores, seu Gubernatores in duplici parte Insulæ: vrbis tamen Calaris instar Reip. administratur per quinque Consules, *Consègles* vocant, & priuilegiis suis & immunitatibus ad hoc vsque tempus vtitur. Hic milites Hispani octingenti in vrbibus, & turribus degunt, ex indigenis decem hominum millia, quorum Duces accipiunt stipendium, milites gratis militare perhibentur in patriæ tutelam. Hæc Insula reddit quotannis trecenta millia Ducatorum, quæ tamen omnia in eius tutelam impenduntur; & anno 1560. Hispani coacti sunt mittere 7. armatorum millia, ne Turcæ in hanc Insulam irrumperent, & inde Mediterraneo mari dominarentur.

§. 2. *Historica recentis Corsicæ.*

NVM. 1. *Nomen Corsicæ.*

NOMEN antiquum nihil immutatum est: nobis Gallis *la Corse*, quod & paulò antiquiores leuiter inflectunt *la Corsegue*, indigenæ vbiq; dicuntur *les Corsès*.

NVM. 2. *Quantitas Corsicæ.*

Hic *longitudo Geometrica*, est *latitudo Geographica*, vt & in Sardinia, & ita se habet dimensio huius Insulæ ex variis,

Ex-

EXTENSIO GEOMETRICA CORSICÆ	LONGITVDO	LATIVDO	AMBITVS
Secundum Gerardum Mercatorem	120. M. Paf.	70. M. Paf.	300. M. Pass.
Secundum Philippum Cluuerium	120. M. Paf.	50. M. Paf.	280. M. Pass.
Secundum nouã verãque dimensionem	106. M. Paf.	54. M. Paf.	300. M. Pass.

NVM. 3. *Qualitas Corsicæ.*

REGIO sterilior est, & nisi singularis accedat cultura vix frugum patiens, solo arenoso, & lapidoso. Quibusdam in locis pascua est. Vinum Corsicum Romæ in pretio est. Ferrum optimum & molle sufficit Nebiensis tractus. Hinc quoque mellis, & ceræ plurimum educitur; sed mel non ita laudatur ob Buxi flores, quo tota hæc regio obducitur. Equos & canes emittit generosissimos. Nec salutaribus aquis indiget seu calidis, seu frigidis. Emittit etiam telas, canabim & pannos. Inter Corsicam & Sardiniam coralia laudatissima reperiuntur.

NVM. 4. *Mores recentes Corsorum.*

INIURIAS suas atrocius cæteris Italis vleiscuntur, vnde vulgata parcemia, violato Corso neque viuo, neque mortuo fidendum esse, aut enim ipse, aut filij, aut nepotes reponent iniuriam. Fortissimi milites sunt, & ad omnia munera militiæ expeditissimi. Cuius specimen edidit apud nos Marecallus Ornanensis vir ex quo fortis & prudens.

NVM. 5. *Politia recens Corsorum.*

EXPVLSI sunt Saraceni ex hac Insulâ à Pipino Gallix Rege: exinde in manus Genuensium deuenit. Hanc tamen Pisani arro-

Parall. Geogr. Tom. II.

NNNnnn

gabant sibi, vnde grauiabella inter vtramque Remp. enata sunt. Pisanis debellatis, Genuensis iuris omnino facta est. Nunc ab officio S. Georgij administratur per Gubernatorem eò missum etiam Vicario, Cancellario, Scribâ, & ordinum ductore. Hic Gubernator duodecim habet assessores indigenas, quibuscum de politica administratione statuit. Finito magistratu rationem eius reddit, & eius vita accuratè excutitur vtrum innocens fuerit, an tyrannica. Insulani tamen mittunt Genuam quotannis duos legatos, alium Bastiâ, alterum Aiacio *Adiazzo*, vt prouideant ne quid Insula detrimenti capiat; si adiunguntur iis sex Syndici Cismontani, & duodecim Transmontani. Multis in locis turres excitatae sunt ad arcendam vim piraticam Turcarum. Ferunt in eâ Insula reperiri 60. hominum millia qui arma tractare possunt; falsum est quod recens relatio de centum millibus refert. Quidquid pecuniae hic legitur in tutelam Insulae impenditur; sed qualis ea sit non est facile definire, negotiis modò eam augentibus, modò querelis indigenarum eam imminuentibus.

§. 3. *Descriptio Geographica recens Sardiniae.*

DIVIDITVR in duas partes fluuiis *Cedro*, & *Tyrso*.

- | | |
|---------|--|
| P A R S | ALGARA: <i>Algieri</i> , seu <i>Algher</i> , loco peramceno sita, aere per salubri, quare Catalani eam magni olim faciebant. Portum habet amplissimum cum Episcopo, qui aliter <i>Bosensis</i> dicitur. Noua ciuitas est, sed satis culta, & frequens. |
| B O- | Lugudorinum Pro. <i>Capo di Lugudori</i> , olim Erebantium. |
| R E A- | SASSARIS: <i>Sassari</i> , non procul à ruinis <i>Turritæ</i> vrbis perantiquæ: vrbs amœna quantum Insula patitur, sed parum munita. |
| L I S, | BOSA: <i>Bosa</i> , vrbecula lauta, Principis Salernitani Patrimonium, Episcopalis olim: malè à quibusdam affigitur fluuiio <i>Tyrso</i> , Termum hi dicere voluerunt. |
| | TERRA NOVA: <i>Terra Nuova</i> , antea dicta <i>Empurias</i> , & <i>Fausinum</i> , ciuitas quondam Episcopalis, sed sedes translata Castrum Aragonense. |
| | SARDA: <i>Sarda</i> , vel vt ait <i>Niger Longo-Sarda</i> , ad finum nobilissimum, qui & <i>Sardensis</i> dicitur, & <i>Terræ Nouæ</i> . |



ra sunt.
ab offi-
m etim
Guber-
e politi-
reddi,
tyran-
gatos,
uid In-
ontani,
tz sunt
reperi-
st quod
nia hic
n est fa-
celis in-

ita, aere
n facie-
ppo, qui
ed fati-
antium.
bis per-
sed pa-
ai Patri-
n affigi-
r.
rias, &c
d fedes
um no-
Nouz,

- Olbiae rudera : *Olbia Rouinata*.
- feu Neruium : *Nerui*, municipium pulcherrimum.
- L V- S. Reparata : *S. Reparada*, versus Borealem Insulae partem; locus nunc pæne desertus, olim alicuius nominis.
- G V- Portus Turritus : *Porto Torre*, vbi etiamnum vestigia videntur Aquæductus, qui aliàs ad 12. millia perductus est, 18. palmis tantùm assurgens.
- D O- CASTRUM ARAGONENSE : *Castello Aragonese*, sic dictum ab Aragonensibus, qui locum hunc optimè muniturunt : pulcherrima ciuitas post Calarim, vbi nunc degit Episcopus Fausinensis, seu Terræ Nouæ.
- R I- Neapolis : *Napoli*, in sinu amplissimo in quem cadit Fl. Tyrsus; ab ea Neapoli dictus est aliquando sinus Neapolitanus, communiùs Arboreus, d' *Oristagni*.
- N A, vulgò Oranum : *Orani*.
- Positarum : *Possata*.
- Capo di Serolis : *Seroli*.
- Lugu- Gocianum : *Gociano*.
- deri. Carignanum : *Carignano*.
- Botila : *Botile*.
- Soni : *Soni*.
- Minoris nominis loca, quorum pleraque aut Burgi, aut etiam Pagi.
- PARS CALARIS : *Cagliari*, nobis *Cagliar*, vrbs tetrapolis, in qua Prorex, & pæne omnis Insulae Nobilitas degit; media dicitur *Cagliar*; quæ in Orientem vergit *Villa Noua*; quæ in Meridiem *Laglia Pola*, seu *Marina*; quæ in Occidentem *Stampax*; sed hæc tria potius sunt suburbia, & vrbs appendices. Hic palatium luculentum, domus vrba pulcherrima, fons *αξιόθετος* ob aquarum copiam, cum tribus munitissimis aggeribus.
- M E- ARBOREA : *Oristagni*, caput Marchionatus, portus commodissimus ferè ad ostia Fl. *Tyrso*, sed vrbs pæne deserta est ob grauitatem cæli ex paludibus.
- R I- Susala, seu Suselia : *Suel*, vrbecula supra Calarim iam destructa, cuius Episcopatus vnitus est Calaritano.
- D I O- Chia : *Chia*, olim portus Herculis ad Orientale Insulae latus, infra Calarim.
- N A- L I S, seu

- Villa Ecclesiarum: *Villa d' Iglesia Hispanis, Italis Villa d' Chiesà*, inquam translatus Episcopus Sulcitanus.
- CA- Mons Sanctus: *Monte Santo*.
- LA- SVLCI rudera: *Sulchi*, ruinæ urbis antiquæ & amplæ, cuius Episcopatus translatus Villam Ecclesiarum.
- RI- MONS REGALIS: *Monte Regale*, olim Læsa, vnde eius Episcopus dicitur hodie Læsitanus: errant ergo qui urbem Læsam aliam reperire volunt in hac Insulâ.
- TA- Sancta Barbara: *Santa Barbara*.
- NA, Domus Noua: *Domos Novas*.
- vulgò Fanum S. Gauini: *San-Gauino*.
- Capo di Castrom Clarense: *Castro di Chiara*.
- Cagliari. Dosolus: *Dosolo*.
- Seruium: *Serui*.
- Lonellum: *Lonello*.
- Pariniana: *Parignana*.
- Alba Turris: *Tor-Alba*.
- Aragonensis Fl. *Fiume Aragonese*, olim Termus.
- FLV- Tyrus: *Tyrso*, nomen antiquum immutatum habet.
- VII Sacer: *Sacro*.
- SAR- Scarabus: *Scarabos*, olim Saporus.
- DI- Cedrus: *Cedro*, olim Cedris.
- NIÆ. Calaritus: *Calarita*.
- Seprus: *Sepro*, Calarito iungitur.
- INSV- ASINARIA: *Asinara*, seu *Zanara*, olim Herculis Insula; ferinâ imprimis abundat, & 30. ferè passuum millia ambitu cõtinet: locus nobilium venatione celeberrimus.
- LÆ S. Petri: *San-Pietro*, olim Hieracum, quia hîc etiamnum Accipitres excellentes, 15. mil. pass.
- MI- S. ANTIACHI: *Sant-Antioco*, olim Sulcitana; triginta millium passuum ambitu patet.
- NO- RES
- AD Insulæ TAVRI & VACCÆ, nobis *le Taureau & la Vache*, vulgò *Toro & Vaca*, pascuis ambæ lætissimæ, vnde nomen accepere.
- SAR- TAVOLARA: *Tauolara*, aliter *Tolara*, olim Hermæa, sex millium ambitu, satis amœna.
- DI- NIAM Rubra: *Isola Rossa*.

Loca parum celebrata, & pleraque, vel Burgi, vel Pagi.

§. 4. *Corfica recentis descriptio Geographica.*

DIVIDITVR ab indigenis nunc Corfica aliquando in duas partes medio monte Insulam intercurrente, vulgò *la Sierra*; & partes has vocant Cis-montanam, *Banda di qua Monti*, & Trans-montanam, *Banda della Monti*: aliàs in partes quatuor dirimitur, quas tibi hoc Paragrapho proponimus.

PARS	BASTIA: <i>Bastia</i> , totius Insulæ caput littori Tusco opposita, in quâ Insulæ prætor degere solet; omnium urbium huius Insulæ populosissima, muris minùs altis cinctâ est, sed arcem non temendam habet: dipolis est; pars eius <i>Terra Nova</i> dicitur, vbi castrum & arx, estque urbis pars munitior; altera <i>Terra Vecchia</i> .
CIS-MON-TANA,	FANVM S. FLORENTII: <i>San-Fiorenzo</i> , in spatiosâ planitie ad mare situm, à Gallis muniri cœptum an. 1553. quando illud occuparunt.
feu	NEBII RVINÆ: <i>Nebio Rouinata</i> , Comitatus amplissimi caput, qui ambitu dicitur continere 70. pas. millia, ex cuius ruinâ videtur esse excitatum S. Florentij fanum.
B O- R E A- L I S,	Centurinum: <i>Centuri</i> .
vulgò	Herba-longa: <i>Herba-longa</i> .
<i>Banda di quâ Monti, aliter le Cap de Cor-se.</i>	MARIANÆ Rudera: <i>Mariana Rouinata</i> .
	Mineruium: <i>Minerbio</i> , vrbecula perantiqua.
	Pinus: <i>Pino</i> , vrbs angustior, sed satis lepida.
	Pons Arcensis: <i>Ponte d'Arco</i> .
	CANARIA: <i>Canari</i> : ex qua pendent 12. pagi, estque locus amœnissimus & cultissimus totius Insulæ.
	Fanum S. Petri: <i>San-Pietro</i> , aliter dictum <i>Poggio di Casta</i> .
	OSTRICONIVM: <i>Ostricone</i> , ad Fl. cognominem; vnde valli cultissimæ nomen.
PARS	ALERIÆ Rudera: <i>Aleria Rouinata</i> , sita in eminenti loco, vt Basilica reliqua arguit.
O-	Ampuniãna: <i>Ampugnana</i> , vnde 20. pagis ius dicitur, quorum celeberrimus Alba Domus <i>Casa Bianca</i> , vbi primùm factiones Rufforum, & Nigrorum coalue-
RIEN-	

T A- LIS, runt, quæ totam Insulam distraxerunt, & ægrè sopi-
tæ sunt.

seu Curia: *Cortes*, saxo ferè vndique prærupto imposita, in
Vmbilico Insulæ, transitus euntibus ex vnâ parte In-
sulæ in aliam; sed mœnibus caret.

L A- T V S Acciæ ruinæ: *Accia Rouinata*.

Venacum: *Venaco*.

Alifana: *Alesano*.

I N- T E R I V S, Petra Polensis: *Pietra-Pola*, vbi balnea totius Insulæ
laudatissima: aquæ illæ sulphuræ sunt, & scabiem
sanant.

Cobasina: *Couasino*, amplissimus, & cultissimus bur-
gus.

vulgò Regnum: *Regno*, burgus amplissimus, & diues, quem
Banda di d'er- tro. fluuius Tauignanus intersecat.

Curia: *Curia*.

PARS V L- T R A- M O N- T A- N A, **F A N V M S. B O N I F A G I I:** *San- Bonifacio*, quod Thua-
nus primarium Insulæ vocat oppidum. Certè cùm
Pisani, & Aragonij bellum inferrent Insulanis ca-
put erat belli, ideòque à Genuensibus magno stu-
dio, & sumptu communitum est. Situm est in
Chersoneso, quæ in morem piri excurrit in mare.
Portus eius tutissimus, vtpote vndique montibus
vallatus. Eius Salinæ magni prouentus sunt.

Portus vetus: *Porto Vecchio*, in amplissimo & capaci-
simo sinu qui clauditur Promontoriis *di Acque*, & *Er- bicara*.

M E- R I- D I O- N A- L I S, Fanum S. Amantiz: *Sant- Amança*, aliis S. Mansæ, vnde
sinus cognominis.

D O M V S B A R B A R I C A: *Casa Barbarica*, à Saracenis Afri-
canis nomen habet, qui locum hunc munierunt. Hic
multùm Coralij legitur.

S A R T E N V M: *Sarteno*, olim burgus, nunc vrbecu-
la præcincta muris, quoniam piratarum excursionibus
patebat.

vulgò Vegianum: *Veggiano*.

V I N I C T U M: *Oluieto*.

Monti.

- PARS { AIACIVM: *Adiazzo*, caput totius Insulæ à quibusdam
 statuitur: oppidum frequens, & opulentum, vbi ple-
 rique mercatores Genuenses commorantur, triplici
 latere elutum mari, in sinu cognomine. Huius ager
 vini ferax, quod suauissimum esse dicitur.
- O C- CALVIVM: *Calui*, oppidum in mari positum formâ
 triangulari, vndique inaccessum nisi ab eâ parte quâ
 surgit cœnobium Franciscanorum: arcem habet per-
 munitam.
- DEN- PORTUS S. Mariæ Caluiensis: *Santa Maria di Calui*, por-
 tus commodissimus.
- T A- SAGONÆ rudera: *Sagona*, eius Episcopus admodum
 inops vix sex millia librarum percipit.
- LIS, seu BALAGINA: *Balagna*, cuius oleum laudatur in primis.
 Hic degere solet Vicarius officij S. Georgij, qui toti
 regioni Cis-montanæ ius dicit.
- L A- Toanium: *Tomani*, vnde 7. pagi pendent.
- T V S Arenium: *Aregni*, vnde sedecim pagi ius petunt.
- E X- Niolum: *Niolo*, seu *Nolo*, vnde valli nomen: hîc pascua
 lætissima, & valles profundissimæ in quibus crystallus
 nascitur. Burgus olim populosus sensim deficit.
- T E- GIROLATVM: *Girolato*, portus non incommodus in
 quem piratæ tempestate compelluntur, & sæpe præ-
 das occulunt.
- RIVS, Messana: *Mezzana*.
- vulgò Ornanum: *Ornano*, in Aiacensi agro, vnde Marefcallus
Banda Franciæ notissimus habuit nomen.
di Fuo- Sarlum: *Sarlo*, vbi vina laudatissima colliguntur.
ra. Vicus: *Vico*, vbi balnea celeberrima.
- STA- Dianium: *Stagno di Diano*.
 GNA Vibinum: *Stago di Vibino*.
- COR- Cobasinum: *Stagno di Couasina*.
 SICÆ Crenus: *Creno*, in medio Insulæ.
- FLV- S. Florentij: *San-Fiorenzo*, olim Volerius.
- VII Ornanus: *Fiuminale d'Ornano*.
- COR- Capitellus: *Capitello*, olim Locra.
 Ficarius: *Ficarius*, nomen antiquum retinuit.

SICÆ { Golus Fl. *Golo* maximus Insulæ, olim Tauola.
 Tauinianus: *Tauignano*, ortus ex Creno lacu, olim Rhotanus.

INSV- { Giralia: *Giraglia*, ad Boream.
 LÆ- { Capraria: *Caprea*, versus Tusciam.
 AD { Gargana: *Gargano*. } In parte Occidentali.
 COR- { Spanus: *Spano*. } Corficæ.
 SI- { Corsi Insula: *Isola delli Corsi*, ad latus Orientale Insulæ.
 CAM. }

CAPVT X.

Italia Christiana, seu Italia diuisio per Archiepiscopatus, & Episcopatus.

Quos Episcopatus Asterifmo * prænotamus, intelliges à Metropolitanis iurisdictione reuulsos esse, atque à solo pendere Pontifice.

§. 1. *In Statu Veneto.*

Olim { Castellanus Venetiarum: *iadis de Venise*.
 PATRIAR- { Æquilius: *vrbs perit*.
 CHA { Caprulanus: *Caorle*.
 GRADEN- { Torcellianus: *de Torzello*.
 SIS { Clodianus: *de Chioza*.
 cui successit- { Heraclianus: *vrbs perit*.

-PATRIARCHA { Torcellianus, olim Altinensis: *Torzello*.
 VENETVS { Clodiensis: *Chioza*, in Insulâ Ducatus.

P A- { Taruisinus: *de Ternis*.
 TRIAR- { * Opiterginus, nunc Cenerensis: *d' Oderzo, ou de Ceneda*.
 CHA { Feltrensis: *de Feltre, ou Feltri*.
 AQVI- { Bellunensis: *de Belluno*.
 LEEN- { Concordiensis: *de Concorde*.
 SIS { Tergestinus: *de Trieste*, in Istriâ, ditionis Austriacæ.

Parall. Geogr. Tom. II.

○○○○○

Patriarc. d' Aquilée, nunc com-moratur Vtini in Foro Iulio.

Capitis Istriæ, seu Iustinopolitanus: de Cabo d' Istria.
 Polensis: de Pola.
 Parentinus: de Parenzo.
 Petinensis: de Petin, in Istriâ.
 Ciuitatis Nouæ, seu Æmonienſis: de Citta Nuova.
 Patauinus: de Padouë.
 Vicentinus: de Vicenze.
 Veronenſis: de Verone.
 Comenſis: de Come, in Ducatu Mediolanenſi.
 * Mantuanus: de Mantouë, in Longobardia.
 * Tridentinus: de Trente, in Germaniâ.
 Bergomenſis, & Brixienſis, pendent ab Archiep. Mediolanenſi, Cremenſis, ab Arch. Bononiensî.

§. 2. Episcopatus in Longobardiâ.

A R-CHI-EPIS-CO-PA-TVS

ME-DIO-LA-NEN-SIS,

Arche-ueſché de Milan.

Cremonenſis: de Cremona.
 Nouarienſis: de Nouarre.
 Laudenſis: de Lodi.
 Alexandrinus: d' Alexandrie la Paille.
 Dertonenſis: de Tortone.
 Vigeanenſis: de Vigheuano.
 * Papienſis, seu Ticinenſis: de Pauie.
 Bergomenſis: de Bergamo. } In Statu Veneto.
 Brixienſis: de Breſcia. }
 Vercellēſis: de Vercelles. } Sub ditione Ducis Sabaudia.
 Albenſis: d' Albe. }
 Aſtenſis: d' Aſt.
 Cafalenſis: de Caſal S. V. as. } In Monte - Ferrato Ducis Mantuani.
 Aquenſis: d' Acqui. }
 Sauonenſis: de Sauone. } In Ora Genuenſi.
 Intemelienſis: de Vintemigle. }
 Bobienſis pendet ab Archiep. Genuenſi.

ARCHIEP. TAVRI-NENSIS

Arch. de Turin.

Eporedienſis: d' Yurée.
 Montis Regalis: de Mondouî.
 Foffanenſis: de Foffano.
 * Salutiensîs: de Saluce.

AR. TAREN- { Augustanus: d' Aoste. } Extra Itali am hi
 TASIENSIS, { Sedunensis: de Sion en Va- } omnes excur-
 Ar. de Tarentaise. } lais. } runt.

Sub { Niciensis: Nice. } Sub Ebrodunensi Archiep.
 ARCHI- { Maurianensis: S. Jean de Mau- } Sub Archiepisc.
 EPISCO- { riennensis. } Viennensi in
 P I S { Aniciensis: d' Anicy, olim de Genene. } Galliâ.
 extra ditio- { Vercellenfis: de Vercelles. } Sub Archiepiscopo Me-
 nem Ducis. { Astensis: d' Ast. } diolanensi.

In ditio- { ARCH: { Parmensis: de Parme. }
 ne Pôcificâ. { BONO- { Placentinus: de Plaisance. } In ditio-
 ne Ducum
 NIEN- { Rhegiensis: de Rheggio. } Mutinensis, &
 SIS, { Mutinensis: de Modene. } Parmensis.
 De Bolo- { Carpenfis: de Carpi. }
 gne la { Cremensis: de Creme, in ditio-
 Grasse. } Burgi S. Donini: de Borgo S. Donino.

§. 3. Episcopatus in Statu Genuensi.

AR- { Albingaunensis: d' Albenga.
 CHI- { Naulensis: de Noli.
 EPI- { Bruniacensis: de Brugnato.
 SCO- { Bobiensis: de Bobio, in Ducatu Mediolanensi.
 PATVS { Marianensis: de Mariana. } In Insulâ Corsicâ, ditio-
 GE- { Acciensis: d' Accia. } nis Genuensis.
 NVEN- { Nebiensis: de Nebio. }
 SIS, { Sauonenfis, & Intemelienfis subiacent Arch. Mediola-
 Arch. de { nensi, Aleriensis, Sagonensis, Adiacensis, & Sarfanensis,
 Gennes. } subsunt Archiepisc. Pisano.

§. 4. Episcopatus in Etruriâ.

ARCH. { Pistoriensis: de Pistoie.
 FLO- { Fæsulanus: de Fiesoli, ou Fiezol.
 REN- { Collensis: de Collé.
 TINVS { Volaterranus: de Volterra.
 Burgi S. Sepulchri: de Borgo San-Sepolchro.

○○○○○○ ij

<i>Arch. de Florence.</i>	Ciuitatensis: <i>de Citta di Sole.</i> * Montis Politiani: <i>de Mont Politian, seu Mon-Pulcian.</i> * Cortonenfis: <i>de Cortone.</i>	
	Suanensis: <i>de Soana.</i> Clufinus: <i>de Chiufi.</i>	
ARCH.	Grofferanus: <i>de Groffere.</i> Populonienfis: <i>de Piombino.</i>	
PISA-	Massenfis: <i>de Massa.</i> Pientinus olim Corfinianenfis: <i>de Pienza.</i>	
NVS	Ilcinenfis: <i>de Mont Alcinò.</i> Liburnenfis: <i>de Ligourne, ou de Livorno.</i> * Sarfanenfis: <i>de Sarzane, ditionis Genuenfis.</i> Lucenfis: <i>de Lucques, ditionis Lucenfium.</i>	
<i>P Arche- uefché de Pife.</i>	Adiacenfis: <i>d' Aiazzo.</i> Caluienfis, feu Sagonenfis: <i>de Calui, ou Sagone.</i> Alerienfis: <i>d' Aleria.</i>	In Corficâ, ditionis Genuenfium.

§. 5. *Episcopatus in Statu Pontificio.*

AR-	OSTIENSIS: <i>d' Ostia, cui iunctus Velitrenfis.</i>	Episcopatus sex attributi Cardinalibus Episcopis S. Romanæ Ecclesie, omnes in Campaniâ Romanâ.
CHI-	PORTVENSIS: <i>de Porto.</i>	
EPI-	SABINENSIS: <i>des Sabins.</i>	
	PRÆNESTINVS: <i>de Paleſtrina.</i>	
	TVSCVLANVS: <i>de Frascati.</i>	
SCO-	ALBANENSIS: <i>d' Albano.</i>	
PVS	Tiburтинus: <i>de Tiuoli.</i>	Hi Episcopatus quoque reperiuntur in Campaniâ Romanâ.
RO-	Anagninus: <i>d' Anagni.</i>	
	Verulanus: <i>de Veroli.</i>	
MA-	Tarracinenfis: <i>de Terracine.</i>	
	Setinus: <i>de Sezza.</i>	
NVS	Signinus: <i>de Segni.</i>	
	Alatrinus: <i>d' Alatro.</i>	
	Ferentinus: <i>de Ferentino.</i>	
	Velitrenfis: <i>de Velitri, vnitus Ostienfi.</i>	

P A-	Sutrinus : <i>de Sutri.</i>	} Episcopatus hi omnes sunt in antiquâ E- truriâ, hoc est, Patrimonio S. Petri, agro Urbeuetano, Perusino, &c.
TRI-	Nepefinus : <i>de Nepi.</i>	
AR-	Ciuitatis Castellanae : <i>de Citta Castellana.</i>	
	Hortanus : <i>d' Hortâ.</i>	
CHA	Viterbiensis : <i>de Viterbe.</i>	
	Tuscanensis : <i>de Tuscanella.</i>	
OC-	Centumcellensis : <i>de Ciuita Vecchia.</i>	
CI-	Balneoregiensis : <i>de Bagnarea.</i>	
DEN-	Urbeuetanus : <i>d' Orueto.</i>	
TIS	Perusinus : <i>de Peruse, ou Perouse.</i>	
	Ciuitatis Castellanae, seu Tifernaten- sis : <i>de Citta di Castello.</i>	} Episcopatus hi omnes re- periuntur in Vmbriâ.
	Ciuitatis Plebis : <i>de Citta di Picue.</i>	
	Castrensis : <i>de Castro.</i>	
	Arretinus : <i>d' Arezzo en Toscane.</i>	
&	Spoletinus : <i>de Spolete.</i>	
	Nurciensis : <i>de Norcia.</i>	
TO-	Interamnenis : <i>de Terni.</i>	
TIVS	Narniensis : <i>de Narni.</i>	
	Amerinus : <i>d' Amelia.</i>	
OR-	Tudertinus : <i>de Todi.</i>	
BIS	Reatinus : <i>de Rieti.</i>	
	Fulginas : <i>de Foligni.</i>	
	Affiliensis : <i>d' Affisi.</i>	
CHRI-	Anconitanus : <i>d' Ancone.</i>	} Iuncti.
STIA-	Humanensis : <i>de Humana.</i>	
NI	Lauretanus : <i>de Lorette.</i>	} Episcopatus in Marchiâ An- conitanâ.
PAPA,	Recinensis : <i>de Recanati.</i>	
	Asculanus : <i>d' Ascoli.</i>	
seu	Æsinus : <i>de Iesi.</i>	
Sumus	Auximanus : <i>d' Osimo.</i>	
Ponti-	Camerinensis : <i>de Camerin.</i>	
fex.	Cornuetensis : <i>de Corneto.</i>	
	Monte-Flasconius : <i>de Monte Fiascone.</i>	
ARCH.	* Fanensis : <i>de Fano.</i>	} Episcopatus
VRBI-	Senigalliensis : <i>de Senigaglia.</i>	
	Foro-Sempronensis : <i>de Fossombrone.</i>	

N A S } Eugubinus : d' Eugubio.
 l'Arch. } Calliensis : de Cagli.
 d'Urbini. } Pisauriensis : de Pesaro.
 } Leopolitanus : de S. Leon. } in agro Vrbinate.

ARCH. } San-Seuerinus, olim Septempedanus : San-Seuerinus
 FIRMA- } Tolentinas : de Tolentin.
 NVS } Maceratensis : de Macerate.
 l'Archeu. } Montis Alti : de Montalte.
 de Fermo. } Ripa Transonenfis : de Ripa Transoné.

A R- } Rouigenfis : de Rouigo, olim d'Adria.
 CHI- } Comaclensis : de Comachio.
 EPI- } Fauentinus : de Faenza.
 SCO- } Britinoriensis : de Britinoro, iadis Forlimpopoli.
 P A- } Foroliuiensis : de Forli.
 TVS } Cæsenas : de Cefena.
 R A- } Sarfinensis : de Sarfina.
 VEN- } Ariminensis : de Rimini.
 NEN- } Imolensis, olim Forocorneliensis : d'Imola.
 SIS } Ceruiensis olim Ficœclensis : de Ceruia.
 l'Arche- } Fanestriensis : de Fanestria.
 uefché de } * Ferrariensis, olim Vogentianus : de Ferrare, iadis de
 Rauène. } Buondeno.

ARCHIEPISCOPATVS } Cuius omnes Episcopi sunt in ditoni-
 BONONIENSIS } bus Ducum Parmensis, & Mutinen-
 l'Archeuefché de Boulogne. } sis; de his egimus in Longobardiâ.

§. 6. Episcopatus in Regno Neapolitano.

ARCH. } Puteolanus : de Pouzzol, ou Pozzuolo.
 NEA- } Nolanus : de Nole.
 POLI- } Acerranus : de Cerra.
 TANVS } Ænariensis, feu Ischianus : d'Ischia.
 Arch. de } * Auerfanus : d'Auersa, cui iuncti nunc Cumanus, &
 Naples. } Atellanus d'Atella.

A R- } Teanenfis : de Tiano.
 CHI- } Caluensis : de Calui.
 } Casertanus : de Caserta.

EPI- Calatinus: *de Caiazzo.*
 SCO- Calenenfis: *de Carinola.*
 PA- ÆfERNIENSIS: *d' Ifernina.*
 TVS } Sueffanus: *de Sessa.*
 CA- Venafranus: *de Venafro.*
 PVA- Aquinas: *d' Aquin.*
 NVS } Caffinenfis: *du Mont Caffin.*
Arch. de Fundanus: *de Fondi.*
Capouè. Caietanus: *de Gaiete; cui iuncti Formianus de Mola, &*
 Minturnenfis *de Traietto.*

ARCH. } Campanienfis: *de Campagna, iam vnitus Satriano.*
 SA- Caput Aquenfis: *de Capaccio.*
 LE- Policaftrenfis: *de Policaftro.*
 NITA- Nuscenfis: *de Nusco.*
 NVS } Sarnenfis: *de Sarno.*
 Marficenfis: *de Marfico Nuono.*
l' Arch. de Nucerinus: *de Nocera di Pagani.*
Salerne. Acernenfis: *d' Acerno.*
 * Cauenfis: *de Caua.*

ARCHIEP. } Letterenfis: *de Letterè.*
 AMALPHI- Capritanus, feu Caprearum: *de Capri.*
 TANVS } Minorenfis: *de Minori.*
Arch. d' A- * Scalenfis: *Scala.* } Nunc vniti faciunt v-
malfi. * Rauellenfis: *Rauello.* } num Epifcopatum.
 ARCH. SVR- } Vicenfis, feu Viciaquenfis: *de Vico.*
 RENTINVS } Maftenfis: *de Maffa.*
Arch. de Sorrento. } Caftro Stabienfis: *di Caftel à Mare di Stabia.*

ARCH. } Muranus: *de Muro.*
 Cangianenfis: *de Cangiano.*
 Satrianenfis: *de Satriano, vnitus Campanienfi.*
 COMPSA- } Montis Viridis: *de Monte Verde, vnitus Archiepifc.*
 NVS } Nazareno, feu Barulano.
 Alcedonienfis: *de la Cedogna.*
l' Archen. de S. Angeli Longobardorum: } Iam vniti vnana
Conza. de S. Angelo di Lombardi. } conflant Dicc-
 Bifaccienfis: *de Bifaccia.* } cesim.

ARCH. ACHE-
RON-
TINVS

Materanus vnitus Archiep. de *Materano*.
 Venusinus: de *Venosa*.
 Turciensis: de *Turfi*, olim *Anglonensis d'Anglont*.
 Potentinus: de *Potenza*.
 Grauinensis: de *Grauina*.
l'Archeu. Tricaricensis: de *Tricarico*.
de Ciren- * Melphitensis: de *Melfi*.
za. * Rapollensis: de *Rapolla*.
 * Montis Pilosi: de *Monte Pelozo*.

AR-
CHI-
EPI-
SCO-
PA-
TVS

Afculanus: d'*Acoli*.
 Florentinolius: de *Fiorenzuola*.
 Telesinus: de *Telezè*.
 S. Agathæ Gothorum: de *Sant-Agatha di Gothi*.
 Montis Marani: de *Monte Marano*.
 Auellinensis: *Auellino*.
 Fricentinus: *Fricenti*. } iam in vnum coaluerunt.
 Vicanus: de *Vico della Baronia*.
 Arianensis: d'*Ariano*.
 Boianensis: de *Boiano*.
 Bouinensis: de *Bouino*.
 Tarbulensis: de *Toribolense*.
 Tragonarenensis: de *Dragonara*.
 Vulturarenensis: de *Volturata*.
l'Arche- Larinensis: de *Larina*.
uesché de Termulensis: de *Tremoli*.
Bene- Lefinensis: de *Lefina*.
uent. Guardi Alferiensis: de *Guardia d'Alfieres*.
 * Triuentinus: de *Triuento*.

ARCH.
THEA-
TINVS

Ortoniensis: d'*Ortona di Mare*.
 Campensis: de *Campoli*.
 Pinnensis: *Ciuita di Penna*. } Nunc in vnum coalue-
 Adriensis: d'*Atri*. } runt.
 Sulmonensis, aliter Valuenfis: de *Sermona*.
 Caliensis: de *Calì*, seu de *Citta Ducale*.
l'Arch. de * Aquilanus: d'*Aquila*.
Ithieti. * Marfianus: de *Marsico*.
 * Teramensis: de *Teramo*.

LANCIANENSIS ARCH. sine vllis suffraganeis: *l'Archeuesché de Lanciano.*

ARCH. MAMFREDONIENSIS, } Troianus: de Troie, ou
 seu Montis S. Angeli, olim SI- } Troia.
 PONTINVS, & M. Gargani: Ar- } Viestanus: de Vieste.
cheuesché de Manfredonia, ou du Mont } S. Seuerinus: de Sa-
S. Ange. } uero.

AR- } Canusinus vnitus: Arch. de Canosa.
 CHI- } Iuuenacensis: de Giouenazzo.
 EPI- } Bitontinus: de Bitonte, ou Bitonto.
 SCO- } Rubensis: de Ruuo.
 PA- } Conuersanus: de Conuersano.
 TVS } Polinianensis: de Polignano.
 BA- } Bittetensis: de Bitteto.
 REN- } Lauellinensis: de Laniello.
 SIS } Mineruinus: de Moneriuino.
l'Archeuesché de } Molfittensis: de Molfetta.
usché de } Cum duobus in Dalmatiâ, Catarenfi de Cataro, & Bu-
Bari. } docnfi de Budoa.

NAZARENVS ARCH. sine suffraganeis, aliter BARVLANVS: *de Nazareth, ou de Barlette, cui adiunctus Episcopus Montis Viridis: de Monte Verde.*

ARCHIEP. } Salpensis vnitus: Arch. de Salpi.
 TRANENSIS } Andriensis: d' Andria.
l'Arch. de Trani. } Vigilienfis: de Biseglia.

ARCH. TARENTINVS } Motulensis: de Motula.
l'Archeuesché de Tarente. } Castellanetensis: de Castellanetta.

ARCH. BRVNDVSINVS } Ostunensis: d' Ostuni.
l'Arch. de Brindes, ou Brindisi. } Oriensis: d' Oria.

ARCH. } Callipolitanus: de Gallipoli.
 HY- } Aletinus: de Lecce, ou de Lecce.
 DRVN } Vgentinus: d' Vgento.
 TINVS } Castrenfis: de Castro.
l'Archeu. } Nardonensis, seu Nerotinus: de Nardo.
d'Otran- } Alexanensis: d' Alessano.
to. } Leucensis: de S. Maria di Leuca. } Iam coaluerunt:

Parall. Geogr. Tom. II.

PPPPPP

ARCH. ROSSANENSIS, sine suffraganeis: *l' Arch. de Rossano.*
 * Businianensis: *de Bisignano.*

ARCH. CON-
 SENTINVS } Montaltensis: *Montalto*, vnitus Archiepisc.
l' Archeuesché de } Martoranensis: *de Martorano.*
Consenza. } * Cassanensis: *de Cassano.*
 } * San-Marcentis: *de San-Marco.*

ARCHIEP.
 SAN SEVE-
 RINENSIS } Bellicastrensis: *de Belcastro.*
l' Archeuesché de } Umbriaticensis: *d' Umbriatico.*
San-Seuerina. } Strongolensis: *de Strongoli.*
 } Insulanus: *d' Isola.*
 } Cariatensis: *de Cariati.*
 } Cerentinus: *de Cerenza.*

A R- } Amantinus: *d' Amantea.*
 CHI- } Neocastrensis: *de Nicaastro.*
 EPI- } Tropiensis: *de Tropea.*
 S C G. } Crotoniensis: *de Cortone.*
 P A- } Oppidensis: *d' Oppido.*
 TVS } Castellobrucentis: *de Castellamare della Brucca.*
 RHE- } Hieracensis, olim Locrensis: *de Gieraci.*
 GIEN- } Scyllacensis: *de Squillace.*
 S I S } Nicoterensis: *de Nicotera.*
 } Bouensis: *de Boua.*
l' Arch. } Tabernensis: *de Tauerna.*
de Reg- } Cantazarenis: *de Cantazaro.* } Vnam iam diocesim
gio. } * Monteleonenis: *de Monteleone.* } constant.
 } Milerensis: *de Mileto.* } Iam coniuncti
 } sunt.

§. 7. *Episcopatus Maiorum Insularum ad Italiam.*

In Sicil. } ARCH. PANOR- } Mazarenis: *de Mazara.*
 } MITANVS } Agrigentinus: *de Gergenti.*
 } *l' Archeues. de Palerme.* } Melitensis: *de Malte.*
 } ARCHIEPISC. } Cephalædensis: *de Cifalu.*
 } MESSANENSIS } Pactensis: *de Patti.*
 } *l' Archeues. de Messine.* } Liparenis: *de Lipari.*

liā. } ARC. MONTIS REGALIS { Catanensis : de Catane.
 { l' Archeuesché de Montreal. } Syracusanus : de Syracuse.

ARCH. CALARITANVS { Sufalensis : de Suall, vnitus Archiepiscop.
 Ecclesienfis, olim Sulcitanus : de Villa di
 Gleffa.
 l' Arch. de Cagliari. } Montis Regalis, olim Laritanus : de Monte Reale.

In Sardinia. } ARC. SASSARITANVS, { Algarenfis : d' Algieri. } Vniti.
 { Bofensis : de Bofa. }
 olim Turritanus, l' Archeu. de } Castri Aragonensis : de Castro Aragonese,
 Saffari. } olim Emporienfis, & Fausinenfis : de Terra Noua.

ARCH. ARBORENSIS { Toralbenfis : de Toralba. } Cum Archiep. co-
 { Vfelensis : d' Vfel. } aluerunt.
 Arch. Oristagni. } San-Iustensis : de Santa Iusta.

In Corfica. } Sub ARCHIEP. GENVENSI { Marianenfis : de Mariana.
 { Nebienfis : de Nebio.
 Sous l' Arch. de Gennes. } Accienfis : d' Accia.

Sub ARCHIEP. PISANO { Alerienfis : d' Aleria.
 { Sagonenfis : de Sagona.
 Sous l' Arch. de Pife. } Adiacenfis : d' Aiazzo.

CAPVT XI.

De Admirandis Italia recentioris.

§. PRIMVS. Admiranda Venetæ ditionis.

AD vicum Phornium non procul à fonte Tiliauempti *Taiamento* fons mirabilis visitur, in quem deiectum lignum lapideo cortice obducitur, & virgulta foliaque immersa lapidefcunt. *F. Leander Albertus Bononiensis in Foro Iulio.*

In Aponi fontis aquis calidis, herbæ etiam hac ætate nascuntur,
 PPPppp ij

vt ætate Plinij, neque quidpiam de viriditate deperdunt hoc calore afflatæ. *Michaël Sauonarola, libro de Balneis.*

Ad Custodiam vicum in agro Vicentino visitur mons excavatus, cuius Latomiz fulciuntur mille, & ampliùs columnis. In hac cavernâ ingenti, lacus est miræ amplitudinis de quo incolæ multa fabulosè circumferunt. Pisces certè nullos habet, sed squillas iis similes quæ Venetiis distrahuntur. In eâdem caverna nullum animal reperitur, præter vespertiliones, notas quasdam habentes in fronte, & coloris diuersi ab aliis vespertilionibus. Quibusdam etiam in locis ex camerâ saxum humore stillat ad omnia corrumpenda efficacissimo; quod videre est in stipulis casu illic relictis, & radicibus arborum atque lignis, quæ celerrimè absumuntur. *Leander in Marchiâ Taruifanâ.*

In agro Vicentino Piola lacus quâ de causâ crescat, aut demescat ignoratur; hoc certissimum cum instar paludum Veneticarum augeri, & imminui. *Scotus in itinera suo.*

In Territorio Veronensi visitur fons memorabilis iuxta Megarinum, in valle Policellâ profluens ex mammis, specie muliebrium, ferro excisis in rupe: ex iis cadentes aquæ nitidæ dant lac nutritibus quæ id casu, vel morbo perdiderunt, si iis abluantur. *F. Leander Albertus in Marchiâ Taruifanâ.*

§. 2. Admiranda Longobardiæ.

AQUIS in Monteferrato, vulgò *Acqui* balnea quædam reperiuntur aquæ calidæ, in quibus herbæ nihilominus enascuntur, & virent. *Burselius quidam apud Leandrum in Longobardiâ Cispadanâ.*

Eadem balnea fundunt aquas omnibus morbis salutare, quæ tamen mortiferæ sunt iis qui ex nimia venere contraxere morbos, aut quibus infectæ meretrices Neapolitanam luem afflauere. *Auctor Rerum publicarum & Imperiorum.*

Dertonam (*Torrone*) dictum volunt à tribus donis; Primum quòd saxum in loco Paëna dicto copiosè oleum emitteret: alterum quòd fons prope Garbanianum quotannis in festo S. Ioan. Baptistæ copiosius fluere: Tertium quòd paulò antequam nobiles viri mortem erant appetituri iuxta Petram Bissariam panis sectus sanguinem stillauerat. *Leander in Longobardiâ Cispadanâ.*

Quinques mille passibus à Suessulâ in Finianâ solum baculo

percussum tot flammis eiicit quoties percussum est; si autem his flammis superiniiciatur pannus, illico sopiuntur. *Leander Albertus in Romanulâ.*

Tractus qui est ad vicum *Monte Zebio* 12. millibus passuum à *Mutinâ*, luxuriat oleis, tamen nonnullis in locis ardet. *Phil. Cluverius antiquæ Italiæ libro 1. cap. 28.*

Ad montem *Zibium*, qui mons totus cauernosus est, fluunt aquæ cum bitumine. Hic mons diu arsit, & pumices multos emisit. *Idem Cluverius, & Andreas Baccius.*

Ad lacum *Comensem* visitur fons *Plinianus* dictus, in vico cognomine; ille ut ætate *Plinij* ter in die crescit, ter decrescit. *Andreas Baccius, Leander, & tot testes quot indigenæ.*

§. 3. *Miranda Tusciæ, seu Hetruria.*

ELSA fluuius est, vnde valli nomen, cadit in *Arnum* inter *Empoli*, & *S. Miniato*; hic postquam recepit *Senam* fluuiolum, obducit lapideo cortice quidquid lignorum in eum immiseris. *Leander Albertus in Tusciâ.*

In agro *Volaterrano* aquæ tanto strepitu, tantæque violentiâ ebulliunt, ut altitudine pedum decem exiliant, nec minori cum sonitu rursus cadunt cum horrore spectantium. Præterea tanti sunt feruoris, ut iniecti animalis ossa extemplò carne nudata emergant. Riuulus ex his aquis efficitur quo se exonerant, cuius in ripis gummi ferreo, sulphureo, & atramenti sutorij colore cernitur. Lapides qui circa sunt omnes exusti à pictoribus umbris duccendis vehementer expetuntur. Miraculum etiam aliud inest iis aquis, quod pluuiam prænunciant densis vaporibus vsque ad nubes emissis: sereno cælo fumum rarum humilèmq; & per vicina sese diffundentem exhalant. *Ita Albertus in suâ Tusciâ.*

Hic aliæ aquæ cernuntur claritatis præcipuæ, quæ cum ebullire magnâ vi videantur, tamen ad tactum rigent. Generant hæc gummi candidissimum, aluûmq; difficilem emolliunt. *Idem Leander, eodem loco.*

Haud procul *Leciâ* in agro *Volaterrano* aquæ limpidissimæ defluunt, quæ salitæ, & affatim potæ, moxque vel vomitu, vel abscessu naturæ redditæ corpora multis morbis sanant. Sterilitatem quoque mulieribus auferunt, redditâ fœcunditate. *Leand. in Tusciâ.*

Haud procul à Senensium Monte Rotundo visitur specus in altitudinem vastissimus, ex quo certis anni temporibus venti tantum impetu, ac vi prorumpunt, vt propinquos arborum ramos conuellant, ipsasque arbores frequenter solo eruant. *Paulus Merula Cosmograph. parte 2. lib. 4. cap. 13.*

Item in agro Volaterrano in colle Vlimento prorumpit fons è saxo, cuius aquæ quidquid immergitur intra 15. dies lapidescit. *Volaterranus, Leander, Magnus.*

In Florèntinorum, & Senensium finibus visuntur duo lacus interuallo iactus sagittæ discreti, vnus aquas habet clarissimas, at vt aiunt incolæ fundo caret; alter paulò minor aquam nigram instar atramenti, pariterque vado incomperito: in hunc iniectum lignum extemplò ad ima rapitur atque disparet: piscibus ambo carent. Ferunt indigenæ his duos ganeones haustos esse, maiore quidem & lympidiore cauponem sceleratissimum, minore & nigro cinædum turpissimum cuius mores aqua repræsentat. *Leander in Tuscia.*

Aretij mulieri è naso spicæ farris enatæ sunt, eadèmq; grana enata mulier ipsa vorauit. *Ioan. Gualterus in suo Thesauro Politico.*

Mons Politianus seruat corpus B. Agnetis Ordinis Prædicatorum, quæ ab oppido Politiana dicta est, atque hætenus seruat integrum. Narrant autem indigenæ hoc corpus prænunciare calamitates imminentes oppido, si sudorem emittat. *Leander citatus, in sua Tuscia.*

In agro Montis Politiani fons visitur, cuius aquis gustatis aues mortuæ concidunt; sed si mox in alium locum transferantur sensum vitamque recipiunt. *Idem Leander Albertus.*

Ilua Insula (*Elbe*) sic abundat ferro, vt quantum exemeris ex vno loco tantumdem succrescat intra vicesimum quintum, aut trigesimum annum; sed quod mirum magis, in hac Insulâ liquefcere non potest illud ferrum. *Porcacijs & Botterus.*

In medio eiusdem Insulæ Iluæ fons augetur, & deficit quantum dies crescunt, aut decrefcunt: itaque in solstitio æstiuo tantum aquæ sufficit, vt molendinum agat, in solstitio hyemali ferè deficit. *Porcacijs in descriptione Insularum.*

In Romanulâ Florentinâ non procul à ciuitate Solis *Citta di Sole*, mille passibus ab oppido *Portico* locus est quem incolæ vocant *Inferum*, ybi terra grauis, & fusca, cum specu quatuor ferè

pedum latitudinis ; hîc si flammam admoueris accendetur terra, & tantum excitabitur incendium, vt ligna etiam viridantia deflagrent. Extingues facîle si igni pannum superinieceris. *Leander in Romanula.*

Ad vicum Petramalam in eâdem Romanulâ Florentinâ antrum perpetuâ flammâ æstuat. Hîc quoque non procul à viâ quæ Florentiâ ducit Mutinam vicus dictus *Baragazza*, vbi collis, in cuius summâ planitie fumus interdiu, noctu etiam scintillæ emicant. *Leander in Romanula.*

§. 4. *Admiranda dititionis Pontificiæ.*

AQVÆ Tiberinæ infra urbem haustæ ad aliquot annos purissimæ, & suauissimæ conseruantur. Causam aliqui refundunt in Anienem, qui Sulphuratam fluuiolum ebibit, & secum nitratas aquas defert. *Quot Romani totidem testes.*

Non procul ab Albano aliquot monumenta visuntur magnâ ex parte collapsa. Alexandro autem V I I. Pontifice in quodam ex iis sepulchris repertum est cadauer puellæ mirabili liquore cõditum, eique propemodum innatans, incorruptum, capillo flauo & promisso, capite aureâ coronâ redimito. Ad pedes eius ardebat lucerna quæ aperto monumento repenti defecit. Vt constitit ex litteris incisis, iam ab annis mille trecentis hoc cadauer inclusum erat. Oblatum est Conseruatoribus vrbis; quia integrum, miraculi loco, & aliquot diebus in Capitolio seruatam; sed Pontifex id curauit abiiciendum in Tiberim. Quidam crediderunt fuisse cadauer Tulliolæ filiz Ciceronis, quam pater impensius amauit, sed nullâ ratione coniectura nitebatur. *Volaterranus, & Ioannes Garzus Bononiensis Leandri preceptor.*

In Syluis Antiis fons exiguus inter ingentes ædificiorum ruinas iacet, cuius aquis gustatis illico volucres mortuæ concidunt. *Blondus testis auctorior.*

Non procul ab Anagninâ fons Tofanus dictus hyeme, lacu Fucino, seu Celano, congelato siccatur, at autumno, vere, & æstate redundat: quare peritiores credunt eum originem ducere à prædicto lacu; ideoque cum hic congelatus est aut nullas, aut paucas eidem fluuio aquas sufficere. *Blondus & Leander Albertus.*

Ex Tiburtino, & Gabio lapide magna pars olim ædificiorum Romæ constructa est, & nunc conficitur, terrâ subinde nouam fuggerente materiam. *Blondus, Volaterranus, Leander, &c.*

In viâ quâ Tibure Romam itur candentes generantur lapilli, dulciariis condituris simillimi, velut Amygdalarum, Coriandri, Anisi, &c. Sunt autem ad eò similes veris dulciariis, vt non nisi à peritis indigenis internoscantur; vnde per iocum nominantur Tiburtina Tragemata, *dragées de Tivoli. Leander Albertus in Latio.*

In agro Terracinenfi fons erat aliàs aquæ pestiferæ *Anxur* appellatus, quem ideo indigenæ obturarunt ne hominibus, & animalibus exitium afferret. *Boccacius libro de Fontibus.*

In fundo Vulsinij lacus visuntur adhuc vestigia pedum S. Christinae, ex quo pro Christi fide, in eum præcipitata est. *Leander Albertus in Tusciâ.*

In vrbe Bolsenâ cernuntur lapides tincti sanguine hostiæ, qui defluxit cum de veritate Christi corporis Sacerdos mysteria peragens dubitaret. Corporalia autem, & reliqua sacrificantis instrumenta, eodem tinctâ sanguine seruantur Vrbeueti *Ornieta. Idem Leander loco citato.*

Beata Catharina colitur in vrbe Monte-Falco in Vmbriâ, vnde oriunda erat, cuius in corde omnia passionis instrumenta mirabiliter impressa sunt. Inuenti sunt, & in eius præcordiis tres lapilli, qui inter se compositi, si duo appendantur in lance non præponderabunt vni; quibus indicari volunt augustissimum S. Triadis mysterium. Hoc tamen postremum de lapillis negant testes omnè exceptione maiores. *Volaterranus, Blondus, Leander.*

Circa lacum Reatinum ligna passim in agris visuntur lapideo obducta cortice. Certè narrant accolæ lignum defixum in hoc lacu intra paucos dies lapideo cingulo circumcingi. Fidem etiam facit huic portento, quod saxum per quod exoneratur lacus ille, ita excrescat aliquando, vt id ferro repurgare necesse sit, ne per vicina loca lacus ipse, Velinûsque fluuius superstagnent. *Leander Albertus ipsè auctoritas.*

In lacu Pedelucensi, *de Pedeluco*, quidquid defixeris intra paucos dies obducitur lapideo cortice. Ex eo autem lacu perpetua semper existit nebula; quare è subiectâ valle respicientibus perpetua apparet Iris. *Leander in suâ Vmbriâ.*

Nursinus lacus, *Lago di Norcia*, imprimis memorabilis est apud Ita.

Italos; huic vulgò dæmones innatare credunt indigenæ, quoniam hîc aquæ perpetuis motibus subsilire vicissimque subsidere cernuntur cum ingenti spectantium admiratione. Ferunt etiam dæmonas hîc interrogantibus responsa dare, & optatas diuitias, honores, atque voluptates iis concedere à quibus per magicas euocationes accersiti sunt. Quare in eo loco solent Magiæ dediti libros suos consecrare dæmoni, vnde contingunt maximæ tempestates, quæ totam deuastant regionem; quas vt impediant accollæ solent per vias hîc custodias agere, quò sacra illa & profanas consecrationes inhibeat. Alij tamen probabiliter motum huius aquæ refundunt in ventos per angustias montium sese insinuantes. *Faci-
cius lib. 3. Canticò 1. & Roffanus apud Leandrum in Piceno.*

Ibidem spelunca, quæ cauerna Sibyllæ nominatur, vbi dicitur Maga quædam possidere regnum magnificis ædibus, atque basilicis distinctum, in quibus innumeræ versentur gentes, quæ in omnium libidinum genera volutentur; & noctu quidem omnes loci huius accolæ vnâ cum Sibyllâ mutari in Dracones terribiles, quibuscum turpiter misceri debent, qui intro admitti volunt, nec intra annum ex iis quemquam contra voluntatem retineri, nisi quòd vnum omnino ex eorum numero qui tum recepti sunt manere oporteat. Reuersis autem exinde Sibyllam magna munera, & prærogatiuas singulis elargiri, eosque felicissimo deinceps vitæ cursu perfrui. Auctor tamen ait se multos agnouisse qui asserant hæc à se visa, & experienciâ comprobata, cæterùm totâ vitâ calamitosissimos extitisse, & longè infelicio-ri obitu è viuis raptos esse. *Roffanus apud Leandrum in Piceno.*

Ad Narniam in Umbriâ Fontes adeo salutare, vt qui eos adeunt ab omnibus morbis, & malis liberari videantur; quare miro concursu celebrantur. *Leander Albertus in Umbriâ.*

Non procul inde fons qui *Famis* appellatur, nec enim prorumpere solet, nisi cùm annus proximus grauem & difficilem annonam habiturus est: quod potissimum obseruatum anno 1505. calamitoso Italix maximè, & indomitâ fame oppresso. *Idem Leander, ibidem.*

Item ad Narniam terra siccitate in lutum, pluuiâ in puluerem vertitur. *Idem Leander in Umbriâ.*

Ad Cæsenam, ybi olim arx erat, stat ædicula, cuius è fastigio frustum porcinae carnis salitæ pendet, ex quo pars videtur esse præ-

Parall. Geogr. Tom. II.

QQQ999

cifa. Ait ciuitas vniuersa hîc suspensum frustum in honorem S. Petri Martyris, qui cùm hîc ædificaret monasterium S. Dominici, & eleemosynæ nomine accepisset hoc frustum, exinde partes decimas operis distribuit, & tandiu iis alendis suffecit, donec absolueretur opus. *Leander Albertus in Romanulâ.*

Bononiæ seruatur corpus B. Catharinæ de Regri, quæ aliter Bononiensis appellatur ex ordine S. Claræ. Sedet illa in Cathedrâ incorrupta planè, & eius vngues singulis mensibus refecantur, quotannis capilli, multis præsentibus. *Jacobus Grassetus Soc. Iesu, in huius Beate vitâ, & omnes Bononienses.*

In agro Bononiensi nascitur lapis, inde Bononiensis dictus, qui oppositus Soli lucem eius recipit & seruat aliquo tempore, quod deprehenditur si in obscurum deferatur locum; hîc enim ad instar candelæ lucet. *Ego testis αὐτόπικος.*

Apertis fodinis sub Monte Festino in agro Bononiensi, cùm lychni imprudenter terræ admoti essent excitatum incendium, quo operarij multi absumpti sunt, plurimi proturbati. *Philippus Cluuerius Antiquæ Italie lib. v. cap. 28.*

In eodem agro ad Panarum fluuium puteus oleo petrino manat. *Idem Cluuerius eodem loco.*

Rhenus Bononiensis aquas habet saluberrimas, quoniam aquæ fontis Porreçtani in eum cadunt. *Leander, Baccius, & alij.*

Aquarum Scarpettanorum lutum maceratum, & forinsecus appositum, hominum intestinis doloribus, & torminibus salutem, & remedium adhibet. *Leander in Romanulâ.*

In agro Bononiensi Balnea Porreçtana sunt, quorum aquam qui bibit, aut purgatur, aut perit. Repertus est fons iste anno 1375. ab Agricola, cuius bos languebat, & grandi macie contabescebat, atque pro desperato relictus erat. Sed dum bos ille liber errat incidit in fontem, in eo sæpiùs bibit, & largiùs, ac deinceps meliùs habuit, demùmque omnino sanatus est. *Leander in Romanulâ, Andreas Baccius, & alij plures.*

Non procul ab his aquis Porreçtanis locus est, cuius superficies passim flammæ videtur emittere rem accuratè notantibus: præterea facili ictu ex silice huius agri flammæ excutere est. Ignem etiam concipiet terra si facem admoueris, vbi verò restinctum fuerit incendium, vt priùs gramen, herbâsque proferet. *Leander Albertus in Romanulâ.*

§. 5. *Admiranda Regni Neapolitani.*SECTIO I. *Miranda Campania.*

Ex *Tilesiâ* vrbe (quæ ab Auctore tribuitur *Aprutio*) fluuiolus oritur in *Sabaturnum* fluuium cadens, qui adeo frigidus est, vt nullum piscem generare, aut pati possit. *Leander Albertus in Samnio.*

Ad oppidum *Patria* olim *Liternum* fons defluit *Acidola* dictus, cuius aqua modicè pota capitis dolores leuat, immodicè hausta inebriat vini modo. *Leander in Campania, & Scipio Mazella in Regno Neapolitano.*

Id tamen negant *Rassanus*, & *Blondus*, aiunt tamen se modicè ex eo bibisse, quod *Leander* annotat.

Tempore *Roberti Siciliae*, & *Neapolis Regis* circa *Auernum* lacum tradit auctor se vidisse maximam piscium mortuorum multitudinem, visceribus atro colore defædatis, odorisque sulphureitatem terti & grauis, vt accessum non permitterent. Eos autem putat suffocatos fuisse venæ alicuius sulphureæ recentis scaturigine, deinde eiectos fuisse vndarum impetu ad ripam lacus. *Boccatius libro de lacubus.*

Inter *Baias* & *Puteolos* fons visitur *Ciceronis* dictus, aliter *Triulius*, & *Pratensis*, multis morbis remedium afferens. Fons ille interdum semel, & item noctu cum occasu exortuque lunæ calidam, & fumantem aquam in balnei lacum emittit, quo repleto pars in mare quodam riuulo defluit, pars ad fontem reuertitur. *Boccatius libro de lacubus, & Leander in Campania.*

Ad *D. Hadriani* balneum circa *Puteolos* aqua effluit, quæ propter mirabilem virtutem medicam *Subsidium hominis* vulgò appellatur. *Leander eodem loco.*

Ibidem ad vicum *Petranum* dictum aqua est, quæ pota calculos frangit, vnde loco nomen inditum. *Idem Leander ibidem.*

Ad *Puteolos* in mari fontis scatebrâ ex fluctibus emicat, & ita prorumpit vt eminus videatur; huius causas exquirat Auctor. *Leander Albertus in sua Campania.*

Ibidem in horto *Episcopi* specus est adeò calidus, vt Austro flante aditi sine summo periculo non possit. Æstus enim vis mortales suffocare potest. *Idem Leander eodem loco.*

QQQqqq ij

Locus est prope Puteolos vnde quaque sulphureis collibus inclusus, vbi fuisse *Phlegreos campos* plerique non improbabiler suspicantur. Figura est eius campi oui formâ; terra sub ingressu incedentium crepitat. In eius medio lacus est aquæ feruentis, qui aliquando dilatatur, aliquando restringitur; in hunc quidquid immiseris statim coctum retrahitur, sed imminutum semper. Ad hunc lacum periculosum est equo incedere propter voragines sulphureas. Et narrant accolæ equitem hîc haustum fuisse cum equo derepentè, sic vt propè disparuerit, cum spreuisset monitus peritorum. *Leander in Campaniâ, Paulus Merula, & omnes Geographi.*

Anianus lacus, *Lago d' Agnano*, profunditatis est tantæ, vt nondum fundus eius potuerit explorari. In præsentia caret piscibus, & ranis tantùm scætet. A Septentrione præcelsam habet rupem rigentem saxi asperis, ex quâ primo vere tot serpentum conuoluti globi decidunt vt fidem superent, eorum tamen, quod mirabilius, nullum videtur in lacu vestigium. *Boccatus de lacubus, & Leander in suâ Campaniâ.*

Ad prædictum lacum Specus Canis dicta *Grotta del Cane* pestiferum, & mortiferum spiritum exhalat. Huc si proiiciantur animalia, statim exanimantur, sed si mox proiiciantur in vicinam aquam, reuiuiscunt. Quod probatur quotidie in canibus, vnde antro nomen; Carolus VIII. Francorum Rex Neapolitanorum dominator, in Asino miraculum vidit. Homines tamen diutiùs hîc vivere possunt, quàm reliquæ animantes, vt probatum est in Turcis remigibus eò immisissis. *Leander in suâ Campaniâ, Philippus Clauerius lib. 4. Antiq. Italie cap. 2. & quotquot eam regionem adierunt.*

Neapoli seruatur corpus S. Ianuarij, de quo id præclarum; quod eius sanguis qui in ampullâ vitreâ concretus asseruatur, cum in conspectu capitis eiusdem S. Martyris ponitur, admirandum in modum colliquefieri, & ebullire perinde, atque recens effusus ad hæc vsque tempora cernitur. *Neapolitani omnes, & Aduene quotquot pene Neapolim accesserunt.*

SECTIO 2. Admiranda Aprutij.

IN Aprutio Fucinus lacus, *Lago di Celano*, sic aliquando exundat, vt superet iuga quibus circumuallatur, aliàs ita subsidet vt in eo aretur. Videlicet meatus habet aliquot quibus effluit, qui

aliquando oblimantur, aliquando laxantur. In eodem pisces nascuntur cum 8. pinnis, cum alibi tantum quatuor habeant, quarum meminit Plinius, & eas auctor confirmat *Leander Albertus in Latio.*

Fluuius malè à quibusdam Iouencus vocatus, olim Phitornius, per medium Fucinum ita decurrit, ut eius aquæ non misceantur stagno, quod olim Plinius, & Vibius Sequester obseruarunt. *Leander in Latio.*

Non procul ab oppido Cantalupo scatebra laticis, quem oleum petrinum vocant; hunc indigenæ colligunt diligentissimè ob virtutem medicam. *Leander in Peligni.*

Ad fontem Aterni fluminis *Pescara*, non procul à Monte Regali Pirus colli innata ita fastigiata, ut pluuia in hanc cadens triplici diuisione labatur in tria ingentia flumina, tres diuersas regiones petentia; sunt porrò hi fluuij Velinus, Truentus, & Aternus, *Velino, Tronto, Pescara. Leander in Vestinis.*

SECTIO 3. Admiranda Principatus.

AD Montem Virginis cœnobium est in quo omninò carnibus, atque lactariis vesci nefas est: & cum eò inferuntur illiusmodi edulia mox vermibus aiunt scatere, haud sanè præter miraculum. *Leander in Samnitibus.*

AD urbem Oliuetum riuius *Piceglia* dictus, intra anni spatium in lapidem vertit, quidquid lignorum in eum ceciderit. *Scipio Mazzella de Regno Neapolitano.*

In ventre collis cui insidet vrbs prædicta, sæpissimè audiuntur ingentia murmura, & aliquando aliquid aquæ sulphuræ erumpit. *Idem Scipio & Leander.*

Non longè à Frigento, hodie *Fricento*, visitur locus nemoribus præcinctus, vbi spiracula tam tetrum odorem efflant, ut animalia admora eneent. Locus ab indigenis etiamnum vocatur *Ampsancti*, ut vult Floridus, ut Parrhasius *Mephitis*. *Floridus 2. successuarum cap. 18. & Parrhasius, ex quibus Lacerda.*

Quæcumque folia, vel virgulta cadunt in Silarum fluuium lapidescunt, seruatâ priori formâ, & pristino colore. *Leander, & omnes reliqui Geographi.*

Amalphis ciuitas seruat ossa S. Andreæ, ex quibus perpetuus

QQQqqq iij

liquor exsudat (Manna vocant indigenæ) idque Sacerdos sacris penetralibus custos præpositus assiduè peregrinis distribuit. *Leander, & omnes Amalphitani.*

Salerni in Monasterio Patrum Dominicanorum campana pendet, quæ dum sponte sonat, mortem alicuius fratris ex hoc cœnobio certissimam præcinit. *Angelus de Rocca.*

SECTIO 4. *Admiranda Apulia.*

BARI in Apuliâ seruat corpus S. Nicolai Myrensis Episcopi, ex quo liquor mirabilis. (Manna vulgè vocant) assiduè profluit. Quod miraculum se suis oculis ait vidisse *Leander Albertus in Apuliâ Peucetiâ.*

In Monte S. Angeli, seu Gargani lucus, seu sylva, extra quam ne frutex quidem promicat, & videtur mirum tot, & tam ingentes arbores, hîc in viuum saxum radices egisse. *Leander in Apuliâ Daunîâ.*

Narrant indigenæ anno Christi 1494. vnum ex militibus Caroli VIII. Gallorum Regis, aliquam ex illis arboribus cecidisse, eumque diuinitus illato supplicio statim exanimem cecidisse. *Leander eodem loco.*

SECTIO 5. *Admiranda Calabria.*

HODIE si fila sericea Crathidis aquâ abluantur, candidiora fiunt, si autem Buxento fluuio intingantur fuscum colorem accipiunt. *Leander in Magnâ Græciâ.*

Cis fluuium Alecem etiam in præsentîâ vocaliores sunt Cicadæ, quàm trans eiusdem fluuij ripam. Cuius rei causa videtur esse, quod cis illum fluuium maiori Solis ardore torreantur Cicadæ; at id fert natura Cicadarum, vt ibi acriùs strideant, vbi vehementiùs æstuant. *Idem Leander in Magnâ Græciâ.*

SECTIO 6. *Admiranda minorum Insularum ad Regnum Neapolitanum.*

IN Insulis *di Tremiti*, volucres picarum instar dentibus armatz, voce propè humanâ, oculis ardentibus, ventre candido, alis fer-

rugineis apparent. Earum adeps plurimùm valet contra morbos ex frigore contractos. *Scipio Mazella de Regno Neapolitano.*

In Insulâ *Ischia*, quæ terræ motibus & igneis eructationibus valdè obnoxia est, tempore Caroli II. Neapol. Regis incendium excitatum est, duòsque menses tenuit, indigenas omnes expulit, locus eius adhuc ostenditur in loco *Creмата. Porcacijs, Scipio Mazella, &c.*

§. 6. *Admiranda Sicilia Noua.*

GIGANTVM corpora plurima effossa fuisse hîc certum est, celeberrima effossio contigit anno 1342. ad Erycem montem, quando repertum à pastoribus casam extruentibus cadauer Gigantis, cuius cranij pars anterior aliquot Sicularum doliorum capax erat, cuius & meminit *Ioannes Boccacius lib. 4. cap. 68. de Genealogiâ Deorum*, quod & Senatores Erycini confirmarunt auctori *Fazello.*

Altera effossio accidit anno 1516. in agro Mazarino, in loco *Gebilo*, vbi inuentum corpus cuius molares dentes vnciarum erant quinque.

Anno Christi 1547. repertum cadauer in agro Panormitano cubitorum ferè 18. dentes vnciarum quatuor.

Anno 1548. in agro Syracufano effossum cadauer cubitorum xx.

Anno 1550. Calatrasî aliud repertum circiter cubitorum xxii.

Denique anno 1552. inuenta pleraque sepulchra, in quibus cadauera infossa erant, octo cubitos superantia. *Thomas Fazellus Decadis 1. de rebus Siculis lib. 1. cap. 6.*

In Siciliâ fons, ad quem si quis accesserit rubro indutus vestimento, statim ad eiusdem staturæ modum in altum profiliens fontis ebullit aqua, ad alios prorsus immutata colores. Sed ad illius hominis purpurati abscessum ad solitam mensuram rediens, pristinos in canales se reformat. *Eusebius Nierembergius.*

In quibusdam Siciliae locis frumentum ita multiplicat, vt vnum granum terræ commissum centum reddat. *Porcacijs de Insulis.*

In eadem Insulâ lapides nascuntur variis notati animantium figuris: hi multùm valent contra scorpionum morsus, & aliorum venenatorum. *Idem Porcacijs.*

Oues quæ in Nebrode monte, vel *Mandonia* pascuntur, & dum

viuunt, & post mortem dentes habent inauratos. *Fazellus lib. 1. prioris Decadis.*

Incendium Æthneum perniciem Catanæ minitans igneo flumine, compescitur oblato ei S. Agathæ velo, quod in hac ciuitate magnâ religione asseruatur, idque sæpius contigit. *Acta Ecclesie Catanensis.*

Mons Æthna sic eructat flammaram globos, vt continuos non euomat, sed instar animalis respirare videatur. *Petrus Bembus in Dialogo de hoc monte, ipse testis auctoritatur.*

Riuus ille igneus quem effundit Æthna pigro fluxu defluit, ignitum quidem corpus, verum recedente calore materia hæc durefcit in lapidem fragilem, & si contrectas putrem, atque friabilem. Illa ergo mollities superuenientibus nouis igneis riuus dat locum: & hi lapides quò recentiores sunt, eò nigriores & solidiores, tempore dealbescunt, atque dissoluuntur. *Idem Petrus Bembus loco citato.*

Pars Æthnæ montis perpetuis niuibus obtegitur, & frigore rigeat. *Fazellus prima Decadis lib. 2. cap. 4. & Petrus Bembus.*

Ad montem Æthnam fons aquæ frigidæ, & acidæ aliquando ebulliens: in eum si infecti gallâ panni immittantur, subito nigrescunt. *Fazellus, Porcacius, & alij rerum Sicularum scriptores.*

Circa Catanam pascua adeò læta, vt pecudes, & armenta suffocentur, nisi circa aures eis emittatur sanguis. *Fazellus Decadis 1. lib. 2. cap. 4.*

Iuxta lacum quem Pantanum appellant à Mylis passuum duobus millibus Messanam versus puteus est ædi D. Mariæ à Planâ, & Boschetto, appellatæ propinquus, qui per hyemem omninò exsiccat, per æstatem verò aquis abundat. *Fazellus Decadis 1. lib. 9. cap. 8.*

Circa Drepanum ex terrâ vrbi adiacente vitrum conficitur. *Botterus.*

Ager abest ab Agrigento ad Aquilonem quatuor millibus passuum, hodie *Mayharuca*, Saraceno idiomate, qui ex pluribus faucibus perpetuâ eiectione limofas scaturigines euomit solo nunquam deficiente. Ager est culturæ expers 10 passuum ambitu, totus cineritij coloris. Furit maximè singulis lustris, & cæli tempestate subortâ, præmissioque fragore maximo, ac denso nimbo tanta luti, ac cinerum copia egeritur, vt telluris solum ad sex ferè cubi-

cubitorum altitudinem excreſcat. Orificio autem ſi linēam, ſeu perticam magni ponderis infigas, quæ non niſi magnâ vi adigi po- teſt, à vento ſubterraneo excuſſa ſtatim profilit. *Fazellus Decadis 1. lib. 1. cap. 5. & Porcaciſ de Inſulis.*

In Agro Aborangio 8. millibus paſſuum ab Agrigento verſus Boream ſecturæ viſuntur ſalis, qui in igne non crepitat, ſed diſſoluitur; in aqua crepitat, & induratur. *Fazellus Decade 1. lib. 6. cap. 1. & Philippus Cluuerius Antiqua Sicilia lib. 2. cap. 11.*

Inter Agrigentum, & Biuonam lacus eſt ſulphureus Biſſana vulgò dictus, centum ferè paſſuum ambitus, in quo crateres duo viciffim ad trium cubitorum altitudinem aquas emittunt. *Fazellus Decadis 1. lib. 1.*

Ad Biuonam fons oleo ſcatet. *Idem, ibidem*

Prope Paſſarum Promontorium ex pluuiis, & aquis fontanis aquæ conſuentes in lacum congelantur in ſalem optimum. *Porcaciſ.*

Ex Tauri fonte non procul ab Aſſoro, Sarracenis in Siciliâ rerum potentibus, ſanguis iugiter manauit. *Fazellus Prioris Decadis lib. 10.*

In Agro Cluſitano in locis quibus nomen eſt *Iardinello*, & *Calanotto*, aqua lapideſcit. *Fazellus eiufdem Decadis lib. 10.*

Lacus *Naphia* dictus paulò infra Simæthi fluuij capita (olim Pa- licorum) aſſiduam ſcaturiginem turbulentarū aquarum egerit tri- bus in medio crateribus ad tres circiter cubitos in altum eiectans, non aliter quàm ſubiectis ignibus feruens olla ebullit, & illæ aquæ cadentes ad perpendicularum numquam effluunt, ſed rurſum in eundem ſinum (qui eò tamen non fit amplior) recipiuntur, atque reſidunt: comitatur autem æſtum, perpetuum murmur. Si autem aquas eius ſtagni manè ante Solis ortum brutæ animantes potaue- rint, repentino propè interitu occidunt; licèt frigidæ ſint, turbidæ tamen ſunt, & tetrum exhalant odorem. Superuolantes etiam volucres in periculum agunt, quia iis aquis aër impurus redditur, eoque fit concretior, quò eſt deterior materia. Ætate auctoris cùm aliquando Sicilia ſiccitate laboraret, ſtagnum hoc proſus exaruit; è cuius tum crateribus, ventis furentibus, puluis tan- tùm efflabatur. *Fazellus Decadis 1. lib. 3. cap. 2.*

§. 7. *Admiranda Sardinia recentioris.*

Hic nascitur etiamnum herba olim Sardoniam dicta, nunc *Rianuncula*, vel *Rianuncula*, in fontanis aquis, quæ vescentibus ita contrahit nervos, ut ridere videantur. *Leander*, *Volaterranus*, *Porcarius*, & plerique alij recentiores.

Aquæ inter Montem Regalem, & Fanum S. Ioannis ossa fracta consolidant, Solifugarum venena expellunt, & Ophthalmiam facillimè discutiunt. *Porcarius*.

§. 8. *Admiranda Nova Corsica.*

In Agro S. Bonifacii Cerasi neque crescere, neque unquam ferre fructum potuerunt. *Floraucianus* in libello de hac Insulâ.

Prope Niolum valles perpetuis niuibus scatent, & in his indigenæ perhibent latere plurimum Cristalli exquisitissimæ. *Maginus*.

§. 9. *Admiranda Melita recentioris.*

Hæc Insula hodie caret omni serpente, seu reptili venenato, & si hoc importatur statim moritur, ex quo S. Paulum momordit vipera. Alij tamen hic reperiri serpentes volunt, sed absque veneno. Terra autem uniuersa Melitensis contra omnia venena valet, ex quo S. Paulus naufragus ad eam appulit. *Porcarius*, *Botterus*, *Crusius*, *Megisserius*, *Bosius*, & alij.

Item hic in lapidinis reperiuntur lapides efformati in oculos, & linguas serpentum, qui exquisita sunt contra venenum amulenta, & per uniuersam Europam sparsi hoc nullo negotio discutiunt. *Iidem qui supra laudati*.

Diu in hac Insulâ mense Augusto febres pestilentes viguerunt. Has refundebant quidam in malignitatem aëris: sed demum obseruatum lucem existere, quia tum lina aquis intingebantur: id prohibitum, annis consequentibus disparuere febres. *Bosius in historiâ Melitensi*.

FINIS.